

Sammlung 07

23

DISSERTATIO

DE
RITIBVS BAPTISMALIBVS
SECVLI SECVNDI

QVAM
DIVINA FAVENTE GRATIA
PRAESIDE

IO. GEORGIO WALCHIO

THEOL. D. ET PROF. P. ORD. SERENISSIMORVM SAX. DVCVM
AC MARGGRAVII BRANDENBVRG. ONOLD. A CONSILIIIS
ECCLESIAST. ET CONSISTOR. CIVIVM IN HAC
ACADEM. MEINVNGENS. ET ONOLDIN.
INSPECTORE

PATRONO ATQVE PRAECEPTORE
OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO
SOLEMNI ERVDITORVM EXAMINI SISTIT

A V C T O R
M. IO. GODEFRIDVS ZENTGRAVIVS
ARGENTORATENSIS.

AD DIEM XXVIII. MAL. ANN. CHR. M DCC XLIX.

I E N A E
LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI.

52

DISSERTATIO

DE

RITIBVS BAPTISMALIBVS
SCVLI SECVNDI

QVAE

DIVINA HABENTE GRATIA

IO. GEORGIO WALCHIO

MDCCCLXXIII

PATRONO ATQVE PRÆCEPTORI

OMNIPOTENTI CVRÆ PÆdagogicæ

COLLEGIÏ ERDTONÆ EXAMINATISSIMO

ACTO

M. IO. GODEFRIDVS ZENTGRAVIVS

ACCUSATOR

AD QVEM PERTINENT VIVÆ CVM MORTVÆ

IRINA

AVTENTICE IO. FREDERICI WITTERI



ACADEMIAE ARGENTORATENSIS
VENERANDAE
FACULTATI THEOLOGICAE,

VIRIS

*SYMME REVERENDIS, AMPLISSIMIS
ATQVE EXCELLENTISSIMIS*

IOH. LEONH. FROEREISENIO,
S. S. THEOL. D. ET P. P. O. CAP. THOM. CANONICO,
CONVENTVS ECCLESIASTICI PRAESIDI, ET PA-
STORI PRIMARIO, H. T. FACULTATIS
DECANO.

IOH. MICH. LORENTZIO,
S. S. THEOL. D. ET P. P. O. SENIOR. CANONICO
ET PASTORI THOMANO.

FRIDER. IAC. REVCHLINO,
S. S. THEOL. D. ET P. P. O. CANONICO THOMANO,
ET ECCLESIASTAE.

IOH. PETRO LVFFTIO,
S. S. THEOL. D. ET P. P. O. ET ECCLESIASTAE
LIBERO.

PATRONIS, FAVORIBVS

ATQVE

PRAECEPTORIBVS SVIS
OMNI PIETATIS ET REVERENTIAE
CVLTV AETERNVM PROSEQVENDIS;

X 2

VT

VT ET
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
INCLYTAE FACVLTATI PHILOSOPHICAE,
*VIRIS Perillustri, Illustribus, Prænobilissimis, Amplissimis
atque Excellentissimis*

IOH. GVILIELMO DE BERGER,
Consiliar. Cæsar. et Regio Aulico; Historiographo Regio; Alumnor.
Regio Electoral. Ephoro; Biblioth. Acad. Directori; Eloquentiæ
Prof. P. O. et totius Academiæ Seniori.

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERO,
Græc. Ling. Prof. P. O. et Consiliar. Regio.

ERNEST. CHRISTIAN. SCHROEDERO,
Log. et Metaph. Prof. P. O.

MARTINO HASSENIO,
Moralium et Ciuiliium Prof. P. O. et Consiliar. Aulico Regio.

IOH. FRIDERIC. WEIDLERO,
Iur. Doct. Mathem. Super. Prof. P. O. Regiarum in Britannia
et Borussia Scient. Societatum Sodali.

CAROL. GOTTL. SPERBACHIO,
LL. Orient. Prof. P. O. h. t. Facultatis Decano.

IOH. HENRICO MARTIO,
Poëseos Prof. P. O.

GEORGIO MATTH. BOSIO,
Physic. Prof. P. O. Academico Bononiensi, Acad. Regiæ Scien-
tiarum Parisinæ a Commercio Litterar.

IOH. DANIEL. RITTERO,
Historiar. Prof. P. O. et Consiliar. Aulic. Regio.

GEORG. FRIDER. BAERMANNO;
Mathem. Inferior. Prof. P. O.

*PATRONIS, FAVORIBVS, ET IN PHILOSOPHIA PROMOTORIBVS
omni animi obseruantia nunquam non pie colendis,
Vitam, incolumitatem atque salutem omnigenam deuota mente precatur,
simulque hanc qualemcunq; opellam*

D. D. D.

A V C T O R.



Accipe SUMME VENERANDE ACADEMIAE PATRIAE THEOLOGORVM: accipe et INCLYTE atque CELEBERRIME VITEMBERGENSIUM PHILOSOPHORVM ORDO primitias laboris academici, vitæque simul apud patrios partim lares; partim in exterarum musarum sede hucusque transactæ, atque studiorum in sanctioris disciplinae cultu pro virium ætatisque modo collocatorum rationem. Eximia illa, quam et Vos, VENERANDI THEOLOGI, in me formando, erudiendo, instruendo tanta dexteritate, fide et studio; et Vos, INCLYTI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI, in me eximia dignitate augendo tanta liberalitate, fauore et beneuolentia collocastis opera, maximo mihi argumento fuit,

) 3

quales-

D E D I C A T I O.

qualescunque has tenues lucubrationes deuotissima Vobis mente consecrandi. Enimuero multa pium quidem; ast nonnihil temeritatis forsitan præ se ferens propositum meditati remoram iniicere videbantur. Nimirum Celebratissima Vestra in Orbe Litterato; in Theologicarum, in Philosophicarum scholarum Cathedris nomina: maximus et opulentissimus omnis generis doctrinæ apparatus, diuinarumque pariter atque humanarum rerum tam varia, tam solida excellensque scientia, et profundissima sagacitas mihi vtique, vt a proposito, tenuem ingenii scetum oculis Vestris submittendi, desisterem et abstinere, tot consultores videri debuissent: verumtamen pietas candensque animi ardor præualuit, cumque tot ac tanta insignis fauoris et beneuolentiæ, quæ in illos, a quibus genus duco, præterita ætate sat largo et opulento modo cumulata fuere, publica extent documenta; sane quam et vtique extat; quod me tot tantorumque præsci fauoris in eosdem collati pignorum non ingratum hæredem, quicquid mearum partium est, vt eo intendam, quo innotescat, dulcem et gratam earum rerum memoriam alta mente repositam esse, moneat, iubeat, impellat. Accessit præterea Vestra profundæ doctrinæ apparatus et perspicacitate non minor, sat probata et celebrata æquitas, qua adolescentium in re litteraria conamina æqua facillique mente ferre consueuistis, quæ animum mihi addidit, ne ceptum

D E D I C A T I O.

ptum abrumperem, ingenuumque mutarem propositum, quum contestato Vos precer atque obsecrem, munusculum non ex ipsius interiori; sed offerentis ex indole æstimare dignemini. Hoc enim si a Vobis, PATRONI ET PROMOTORES *maximo Venerationis Cultu prosequendi!* impetrauero, certo confisus sperare potero, cum me pio in Vos animi adfectu et veneratione nulli secundum audacter prædicare possim, Vos tenuem licet istum laborem; integerrimum tamen eundem pietatis et obseruantiaæ testem serena fronte accepturos esse. Habeatis ergo istum qualemcunque loco præconis, pia tot tantorumque in me meritorum commemoratione: candida et læta studii in me: meos in bonis literis profectus, honorem ac dignitatem collati enarratione, celebratione, elatione, debitaque et maxima, quousque eniti concedetur, gratiarum actione pro virium quidem modulo; strenue tamen et summo cum mentis ardore fungentis. Etenim si hisce partibus atque officiis rite stare, si iis, in quos pietas, candor gratusque animus erumpere vrgebant, et vrgerent, motibus frena laxare datum fuisset; sane tot ac tanta proferenda fuissent, quæ modestiam Vestram fortassis offendere, atque de prædicantis animo, pio magis et feruido, quam Vobis accepto affectui indulgente atque litante testari; quæ simul nec temporis; nec paginae angustiaæ villo modo capere potuissent. Defecissent vires, defuisset illustris materiae grauitati

DEDICATIO.

uitati responsurus dictionis neruus et indoles. Ast
pio interim pectore voluens atque reuoluens gratam
acceptorum memoriam, non potero, quin interioribus
animi motibus, explicataque fronti Vestrorum in me
clarissimorum meritorum celebrationem referuem: me
porro, meaque studia qualiacunque Vestro amori, fauo-
ri atque beneuolentiæ omni, qua par est, obseruantia,
summaque animi contentione commendata Do, Dico,
Dedico; omnem, si vltiori ætatis atque vigoris augmen-
to vti, concesserit summum Numen, operam, curam, stu-
dium nullo non tempore in id collaturus, vt appareat,
Vestrum Vos, PATRONI ET PROMOTORES *maximo*
Venerationis Cultu prosequendi! Fauorem et Beneuolentiam
in non plane indigno collocasse. Valete et fauete

V O B I S

Dabam Ienæ Non. Mai.

M DCC XXXXIX.

deuotissimo

M. IOH. GODEFR. ZENTGRAV.
Argentorat.



DISSERTATIO
DE
RITIBVS BAPTISMALIBVS
SECVLI SECVNDI.

ΣΤΝΟΥΙΣ.

Post præfationem, agitur de
varijs baptismi nominibus §. I.

De illius materia §. II.

De forma eius essentiali: immer-
sione quippe, adspersione ac for-
mula baptismi §. III.

Item de obiecto personali, cum
de baptizandis, infantibus pa-
riter ac adultis, ubi ritus ab-
renuntiationis diaboli, sponsio-
nis, professionis fidei ac sponsio-
rum baptismalium recensentur.

§. IV. V.

Tum de baptizantibus: siue mini-
stris baptismi. §. VI.

De tempore ac loco baptismi ad-
ministrati. §. VII.

De forma eius accidentalibus: siue de
aque baptismalis per preces fa-
cta consecratione: confirmatio-
ne, que absoluebatur unctione:
signo crucis ac precatione: de
osculo pacis ac ritu, lac et mel
gustandi. §. VIII.

A

IAMIAM



* * *

AMIAM augustissimum suum hūc ex oris ad cœlestis throni sedem regressum adpropinquantem nouerat diuinus seruator Iesus Christus, quum dilectæ ecclesiæ suæ largitionem, omnibus numeris absolutam, integerrimum gratiæ tenerrimæque adfe-

tionis testimonium clementissime adsignaret. Nimirum optime notum erat diuinæ ipsius sapientiæ, quot et quantis anxie dubiæque mentis affectibus posthac, quum lectissimi fidelium cœtus corpoream uisibilemque sui præsentiam subduxerit, hinc agitandus foret, nisi eidem et in perpetuam piæque tanti magistri memoriam deuotumque et sanctissimum cultum alendum, et in dolorum mœrorisque, ex instanti diu præceptoris discessu superuenturi, fomentum euidentique ut signum extaret, quo de perpetuo erga se duratura domini miseratoris clementia certiores semper esse possent, largissimum pignus decerneret. Veneranda hinc noui fœderis sacramenta, utpote quæ prior illa christianum nominis cohors non solum tanquam lautissimum peculium, sibi a benigno Numine clementer concessum, pio animi plausu exceptit; sed et ceu pretiosâ cimelia religiosa ueneratione, et sollicita inprimis obseruantia prosequuta est, potiorem quippe publici diuini cultus partem in legitima horum summi momenti munerum perfunctione reponens. Quam pia sanctaque animi cura: qua pietate obseruari hæc diuinæ religionis columina,

lumina, id nobis temporum istorum, quæ ætatem tulere, monumenta satis superque declarant. Quam sollicita, grauis et vigilans erat animi corporisque præparatio, qua ii fungebantur, qui aut sacrosancti baptismi lauacro christiani cœtus sacris initiari, ac per vndas sacratas quasi patens per ostium in ecclesiæ gremium ingredi gestiebant; aut fœdus iam quidem cum domino sanctum, ast multifariis crebrioribusque prauaricationibus ruptum et fractum, per beatissimam sacræ eucharistiæ communionem renouaturi erant? Nobis in præsentiantum de ritibus circa legitimum sancti baptismi vsum et celebrationem in catholica et orthodoxa seculi ab optimi seruatoris natiuitate secundi ecclesia obseruari solitis quædam proferre, animus est. Et sane quidem rem, quam fuscipimus, ea conditione atque ita comparatam esse, vt amplitudine et vbertate dicendorum ceteris memoratu et scitu dignis historiæ ecclesiasticæ huius æui partibus palmam si non præripiat; ancipitem tamen ac dubiam reddat, nos non fugit; nec latet, eandem aliorum et rei literariæ huius generis peritiorum lucubrationibus iam pridem ita illustratam esse et euolutam, vt tenui hac opella nos luci meridianæ lucernam addidisse, non immerito dici queat. Istam interim non adeo omni plane vsu destitutum iri speramus, ei, qui huius æui, apostolorum nimirum ætatem propius tangentis, atque inde diuinæ, quæ tunc vigerat, simplicitatis maxima ex parte affinis historiam, quatenus nouitorum christianorum initiationem exponit, nosse forsan

desiderauerit. Hic enim, quem alibi per plurium seculorum interualla dispositum offendit rituum baptismalium ambitum, breuiori complexione coarctatum iustisque constituti temporis circumscriptum et adstrictum limitibus separatum habebit atque distinctum. Si ergo Tibi L. B. fortassis hic quaedam videantur occurrere candido calculo digna, serena fronte ista accipe et vtere iis; si non vbiuis voto Tuo responderit labor iste; aut humani quid nos passos esse, hinc inde deprehenderis, nos meliora edoceri admodum et patientes et amantes esse, scito vereque persuasus esto. Conatibus faue et vale.

§. I.

ANIMVM debita erga mysteriosum sacrosancti baptismi sacramentum reuerentia imbutum, imo summo tam sublimis et pretiosi coelestis doni cultu ac veneratione repletum et abundantem fidelis, quæ Christo nomen dederat, prioris illius et apostolici æui antiquitas inprimis memorabilibus nominibus ac magnificis titulis, quibus illud insigniuit, testata est, varia quippe hæc, qua sanctissimum lauacrum salutabat, denominatione partim salutare eiusdem effectus, partim essentialem eius indolem et substantiam denotans. Priori generi accensendos arbitramur insignes, quibus *IUSTINVS Martyr* in describenda mirifica sacri baptismi efficacia occupatus vitur, titulos. In eo enim dum versatur, vt aduersus infideles sanctissimæ religionis em-
pæctas

pæctas serio rem agat, diferte exponit, tantam esse huic lauacro virtutem, diuinitus inditam, vt et pœnitentes peccatores sola mundos Deoque acceptos reddere vitamque spiritualement ipsi referre, et mentes, eorum labiis originalis caligine obductas, purissimo sanctitatis lumine perfundere queat. Hinc ipsi mox *lauacrum pœnitentiae et cognitionis Dei*, item *aqua vitæ*; seu aqua vitam afferens: (a) mox *illuminatio*, i. e. lauacrum illuminans (b) audit. Eodem *illuminationis* nomine, sensu

A 3

con-

(a) audiamus ipsum hac de re egregie differentem. *Ἐν διαλόγῳ εὐμ Τρυφῶν. p. 231. circa med. edit. Colon. MDCCLXXXVI. ait: διὰ τῆ λετρῆ ἐν τῆς μετανοίας καὶ τῆς γνώσεως τῆ Θεῶ, ὃ ὑπὲρ τῆς ἀνομίας τῶν λαῶν τῆ Θεῶ γέγονεν, ὡς Ησαΐας βοῶν, ἡμεῖς ἐπιστεύσαμεν, καὶ γνωρίζομεν, ὅτι τῆτ' ἐπέειπε ὁ προφητὴς τὸ βάπτισμα, τὸ μόνον καθαίρει τὰς μετανοήσαντας δυνάμενον, τῆτ' ἐστὶ τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς, ex interpretatione LANGI: itaque per lauacrum pœnitentiae et cognitionis Dei, quod propter iniquitates populorum Dei institutum est, quemadmodum Iesaias clamat, nos credimus, et scimus atque predicamus: illud ipsum, inquam, ab eo promulgatum baptisma, quod solum lustrare atque purificare potest pœnitentiam agentes, aquam esse vitæ.*

(b) *apolog. 11. p. 94. edit. cit. καλεῖται δὲ τῆτο τὸ λετρὸν φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. καὶ ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆ σαρκὸς θέντος ἐπὶ Ποντίας Πιλάτῃ, καὶ ἐπ' ὀνόματος Πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν προφητῶν προσκεκλήθη τα κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα, ὃ φωτιζόμενος λέεται, vocatur vero lauacrum hoc illuminatio, quod eorum, qui hac discunt, mentes illu-*
minant.

congruente, CLEMENS *Alexandrinus* de sacratio hoc actu verba faciens vtitur. (c) Simili respectu dum novum quasi hominem, vetere salutiferis vndis extincto, Deo siflit, caramque ipsi generat sobolem baptismus, a modo memorato IVSTINO *Martyre* (d) et post hunc ab IRENAEO (e) ἢ εἰς Θεὸν ἀναγέννησις, regeneratio in Deum dici-

minentur. In nomine autem Iesu Christi crucifixi sub Pontio Pilato, atque in nomine Spiritus Sancti, qui per sacros vates pronunciauit res Christi omnes, abluatur is, qui illuminatur.

- (c) in *pedagog.* libr. I. cap. 6. circa init. p. 113. edit. POTTERI, Oxon. MDCCXV. καλεῖται δὲ πολλαχῶς τὸ ἔργον τῆτο χάρισμα, καὶ Φῶτισμα, καὶ τέλειον καὶ λεπτρόν. . . Φῶτισμα δὲ, δι' ἃ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο Φῶς τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, ταῖς δὲ δι' ἃ τὸ Θεῖον ἐξωσιτῶμεν, multis autem modis vocatur hoc opus, gratia, illuminatio, perfectum, et laudatum. . . Illuminatio autem, perquam sanctam illum et salutarem lucem intuemur, hoc est, per quam id, quod est diuinum, perspicimus. Item paulo ante: βαπτίζομενοι φωτιζόμεθα. φωτιζόμενοι υἱοποιούμεθα, sancti illuminamur: illuminati in filios adoptamur.
- (d) in *apolog.* II. p. 93. vbi dicitur: ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἐνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως, ἐν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀναγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται, deinde eo adducuntur a nobis, vbi aqua est, atque eo regenerationis modo, quo ipsi regenerati sumus, regenerantur.
- (e) quem vide *libr. I. adu. haeres.* cap. XXI. p. 93. edit. MASSVETI; edit. GRABII autem cap. XVIII. vbi sic ait: καὶ ὅτι μὲν εἰς ἐξάρτησιν τῆ βαπτίσματος, τῆς εἰς Θεὸν ἀναγεννήσεως, καὶ πᾶσης τῆς πίστεως ἀπόθεσιν ὑπεβέβληται τὸ εἶδος τῆ ὑπὸ τῆ

dicitur. Ad stipulatur his TERTVLLIANVS, *iteratam* no-
strum, quæ in aqua fit, *natiuitatem* (f) memorans. Po-
sterioris generis videntur esse adpellationes, a TER-
TVLLIANO, CLEMENTE *Alexandrino* et *constitutio-*
num apostolicarum, si hac iam ætate quicquam valuerit
illarum auctoritas, autore passim adhibita. Nimirum
TERTVLLIANO, vt et CLEMENTI *Alexandrino* apo-
stolica denominatio diui Pauli, circumcisionis sacramen-
tum *sigillum iustitiæ fidei* vocantis, (g) ansam præbuit,
vt sanctum baptismum, quippe noui fœderis sacramen-
tum, eodem respectu *signaculum fidei* (h) et *sigillum*,
σφραγίδα, (i) appellarent. Simili illud titulo ornat dictus
constitutionum apostolicarum autor, vbi illum ad hoc tem-
pus

τὴ Σατανᾶ, ἐδύσχοιτες αὐτὸς κ. τ. λ. et quia ad negatio-
nem baptismatis, eius quæ est in Deum regenerationis, et vniuersæ
fidei destructionem remissa est species hæc a satana, arguentes
eos, etc.

(f) *libr. de baptisn. cap. i. p. 457. edit. PAMELI, Paris. MDLXXXIII.*
vbi dicit: *sed nos pisciculi secundum ἰησοῦν nostrum Iesum Chri-*
stum in aqua nascimur. Nec aliter, quam in aqua permanendo
salui sumus.

(g) *epist. ad Roman. cap. iv. v. ii.* vbi de Abrahamo dicit: *ση-*
μεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγίδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως
τῆς ἐν τῇ ἀγορῆς.

(h) TERTVLLIANVS *de spectacul. cap. iv. p. 251.* hæc habet: *ad*
principalem auctoritatem conuertar ipsius signaculi nostri.

(i) videatur CLEMENS *Alexandrinus* in libro: *quis diues saluetur*
§. 42. p. 88. edit. ITTIGII: adde EVSEBIUM histor. ecclesiast.
libr. iii. cap. 23.

pus referre velis. (k) Denique ex analogica illius, quæ sub primi fœderis œconomia viguerat, circumcisionis identitate a IUSTINO *Martyre circumcisio*; siue *refectio*, *est ea non corporalis, quæ in carne fit; sed spiritualis salutatur.* (l)

§. II.

Præmissa multifaria denominatione, ipse sacri baptismi actus propius considerandus est. Quod ad *materialiam* salutaris huius lauacri attinet, liquido constat, ecclesiam primæua hac ætate puriorem adhuc, diuinorumque ab apostolis sibi traditorum mandatorum fidelissimam custodem, non nisi aquam in ablutione hac adhibere consueuisse, idque ad normam institutionis diuinæ, (m) et praxeos apostolicæ, (n) quam sollicitè seruabat. Expressè

(k) *baptismus sigillum domini* adpellatur ac dicitur: Σίμου ὁ μάγος τὴν ἐν Κυρίῳ σφραγίδα ἔλαβεν, *Simon Magus baptismo Domini signatus fuit*, *libr. 11. cap. 14. p. 224. tom. 1. patr. apost. COTELERII.*

(l) in *dialog. cum Tryphon.* p. 261. ita scribit: ἡμεῖς, οἱ διὰ τὰτα προσχωρήσαντες τῷ Θεῷ, ἔ τὰυτὴν τὴν κατὰ σάρκα παραλάβομεν περιτομὴν, ἀλλὰ πνευματικὴν, ἣν Ἐνώχ καὶ οἱ ὅμοιοι ἐφύλαξαν, *nos, qui per hunc, Christum, aditum naeti sumus ad Deum, non istam secundum carnem suscepimus refectionem; sed spirituales, quam Enoch et similes custodierunt.*

(m) hoc enim produunt verba institutionis *Matth. xxviii, 19.* colat. cum effato *Seruatoris Iob. 111, 5.*

(n) cuius luculenta exempla vid. *Actor. v. 111, 36. 38. x. 47. sq. xvi. v. 13. 15. et alibi.*

preſſe hinc TERTVLLIANVS nos in aqua naſci, teſtatur, (o) quocum IVSTINVS *Martyr* conſentit, baptizandos eo, vbi aqua ſit, deduci ibique ablui ſolitos fuiſſe, perhibens. (p) Addeamus, ſi ſequioris æui, et quidem non plane non ſubleſtæ fidei teſtem, ſolum concinnam hac de re hiftoriam, quæ hoc ſeculo accidiffè dicitur, referentem, audiſſe libuerit, teſtimonium NICEPHORI, (q) cui ſi aliqualem fidem tribuere velis, colligere ex eo licebit, temporibus illis aquam neceſſario, ceu materiale baptiſmi, adhibendam eſſe, creditum fuiſſe: hiftoriam puta adoleſcentis hebræi, in ſolitudine baptizati, effuſa ter ſuper caput eius arena; quem vero Dionyſius, epiſcopus Aſcalonenſis, cauſa cognita, denuo baptizari iuſſit.

§. III.

Præter materiam, *forma* baptiſmi expendenda eſt. Ritus quidam, qui ad formam baptiſmi ſpectant, eo loco habiti fuerunt, vt in legitimo eorum uſu ſacri huius actus obeundi poneretur eſſentia; intermiſſis autem illis, legitimi baptiſmi nomen tueri non poſſe talem actum, quippe cui eſſentialia deeſſent, optimo iure perſuaſum haberetur. Huc referendam ducimus factam in aquam baptiſmalem *immuſionem*, ſaltem illius *adſperſionem*, ce-

B

rimo-

(o) ait enim loco antea citato: nos piſciculi in aqua naſcimur.

(p) loc. cit. ἔπειτα ἀγονταὶ ὑφ' ἡμῶν ἐνθα ἕδιον ἐστὶ κ.τ.λ.

(q) exhibent et hoc *Centur. Magdeburg. centur. 11. cap. 6. p. 109.* ex diſto *Nicephor. libr. 111. cap. 37.*

rimonias, in actus huius religiosi celebratione nunquam non hoc titulo et nomine requisitas: Prioris egregiam mentionem facit TERTVLLIANVS. *Immersio-*
nis quidem generatim meminit in controuersia cum Marcionitis, vbi immersionem ex consuetudine hereticorum, hac in re cum ecclesia orthodoxa conformem, refert; (r) *demersionis* vero *ter factæ* testimonium dat alibi, cum illam in sanctissimæ Trinitatis nomine fieri, dicit. (s) Interim non tam pressè inhærebatur *immersio-*
nis ritui, vt plane reiiceretur *adsperfo*. In casibus enim extraordinariis *adsperfo* vtique adhibita et adprobata est, quod forte ex eodem TERTVLLIANO intelligi potest. (t) Immersionis autem, ter repetitæ, originem si indagamus, idem nobis autor est, eam æuo ipsius iis *consuetudinibus*, quas ex *traditione* se accepisse,

(r) *contra Marcion. libr. 1. cap. 28. p. 753.* vbi de eo dicit: *lauat hominem, nunquam apud se coinquinatum: it. cap. 29. p. 754. non tinguitur apud illum caro, nisi virgo.* Demersionis testem habemus *confessio. apostolic. auctorem*, qui *libr. 111. cap. 17. apud COTELERIVM tom. 1. patr. apostolic. p. 291.* hunc in modum loquitur: *ἐστὶ τῶντων τὸ μὲν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ Ἰησοῦ διδόμενον τὸ δὲ ὕδωρ ἀντὶ τῆς φηζ, baptisimus igitur in mortem Iesû datur: et aqua adhibetur pro sepultura.*

(s) *contra Praxeam cap. xxvi. p. 1029.* Verba eius hæc sunt: *non semel: sed ter, ad singula nomina in personas singulas tingimur.*

(t) *de poenitent. cap. vi. p. 196.* dicit: *quis enim tibi tam infide poenitentia viro adsperginem vnam cuiuslibet aquæ commodabit?*

pisse, existimaret ecclesia, fuisse adnumeratam, (u) ac quamuis sub magnifico *obligationis diuinæ* titulo eam vniuersæ ecclesiæ obtrudere, conetur *canonum apostolicorum* auctor; (x) eius tamen sententiæ subscribere, merito dubitamus. Essentialis sacramenti huius forma omnino in legitimo *formulæ baptismalis* vsu collocatur, hocque TERTVLLIANVS diferte testatur, (y) quippe qui rem ad institutionem, ab ipsomet domino Iesu Christo factam et conditam, refert. (z) Vt mentio expressa trium personarum fiat, requirit auctor librorum *recognitio- num* (a) ac cum eo consentiunt, integrum baptismi actum eleganter describens, IVSTINVS *Martyr* (b)

B 2

ac

(u) de *coron. milit. cap. III. et IV.* p. 341. et sqq.

(x) *can. I.*

(y) de *baptismo. cap. XI.* p. 463. ait: *lex tinguendi imposita est, et forma præscripta: ite, inquit, docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris et Filii et Spiritus Sancti.*

(z) id quod euidenter verba modo citata testantur, idemque *contr. Praxeam cap. XXVI.* p. 1029. repetit, dicens, *Christum mandasse discipulis, ut tingerent in patrem et filium et spiritum sanctum.*

(a) ita enim auctor ille *libr. VI. cap. 9.* apud COTELERIVM *tom. I. patv. apostolic. p. 557.* est *in aquis istis misericordie vis quedam, que ex initio ferebatur super eas, et agnoscit eos, qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, et eripit eos de supplicii futuris, cet. item libr. III. cap. 67. p. 537.* dicitur: *baptizabitur unusquisque vestrum in aquis perennibus, nomine trine beatitudinis inuocato super se.*

(b) *apol. II. p. 94.* vbi expresse dicitur: *ἐπὶ ὀνόματος τῆς πατρὸς τῶν*

ac constitutionum apostolicarum auctor. (c) Etenim quum hæc formula et ex dulcissimo ipsius seruatoris ore originem suam ducat, (d) et omnibus numeris in diuinarum litterarum monumentis conspiciatur ἔγγρα-
 φος, mirum non videbitur, si eiusdem ita tenacem se exhibuisse deprehendamus sæculi huius ecclesiam, vt se eius et intermissione, et omni deprauationi, immutationi; vel cuiuscunque modi fuerit, corruptioni acerrimo studio opposuerit. Testatur hoc præcipue TERTULLIANVS, huicque testimonium *apostolicorum canonum*; quibus vero quantum pretium statuendum sit, ipse nouerit eruditus lector, subiungimus. (e)

§. IV.

τῶν ὄλων καὶ δεσπότα Θεῶ καὶ τῆ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου, in nomine rerum cunctarum parentis et Domini Dei, et seruatoris nostri Iesu Christi, et Spiritus sancti.

(c) lib. vii. cap. 22. p. 371. apud COTELERIVM tom. 1. patr. apostolic. hæc leguntur: ἔτιω βαπτίσεις, ὡς ὁ κύριος διατάξατο ἡμῖν λέγων πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίσαντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τῆ πατρὸς, καὶ τῆ υἱῆ καὶ τῆ ἁγίου πνεύματος κ. τ. λ. ita baptizabis, sicut Dominus iniunxit nobis, dicens: euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti.

(d) Matth xxviii, 19. totidem verbis dicentis: μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τῆ πατρὸς καὶ τῆ υἱῆ, καὶ τῆ ἁγίου πνεύματος.

! (e) confirmat hoc partim necessitas adhibendæ huius in baptismo verborum formulæ can. apost. XLIX. ita indicata: si quis episcopus; aut presbyter iuxta præceptum domini non baptizauerit

§. IV,

Sacri baptismi *obiectum*, quod vocant, *personale* nobis nunc sifitur examinandum. Aliud illud est, quod sacramentum hoc administrat ac dispensat; aliud autem, quod id accipit. Hos, qui salutiferam hanc fidei tesseram accepturi erant, merito *baptizandos*; siue *candidatos baptismi*; illos vero, qui eam dabant, *ministros* vocamus. Il, qui religioso baptismatis sacramento initiandi, hincque christianorum civium albo adscribendi erant, vel homines iam *adulti* et ætate prouecti, vel *infantes* fuerunt, et *adolescentes*, in tenera adhuc ætate constituti, et hinc rationis nondum pleno vsu gaudentes. De baptismo *infantum* non eadem ecclesiæ huius æui doctoribus sententia fuit. Liquido eum adprobat atque requirit IRENAEVS; (f) TERTVLLIANVS autem

B 3

non

verit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; sed in tribus sine initio principis; aut in tribus filiis; aut in tribus paracletis, abiciatur; partim reiectio formulæ baptismalis, tritheismum redolentis, in nomine trium sine initio principiorum prolata, contra quam idem canon directe sancitus viderur: item reiectio introducta a Menandro corruptionis formulæ baptizandi diuinæ, immutata in nomen ipsius, de quo TERTVLLIANVS de præscrip. cap. XLVI. p. 401. ait: quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse, dicebat, negans, habere posse quenquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset, et improbatio formulæ in mortem Christi dictæ, ex testimonio can. apostol. L.

(f) *libr. 11. adu. hæres. cap. 22. p. 147. edit. MASSVETI, ubi hæc legi.*

non aperte quidem illum, ceu minus respondentem diuino ordini, improbare audeat; differendum tamen esse, serio contendit, (g) rationibus quidem non adeo firmis; quas vero huius loci angustia discutere vetat. (h) Interim licet TERTVLLIANVS dilationem baptismi suadeat cum paruulorum; tum aduulorum; simul tamen

non

legimus: omnes, venit dominus Iesus Christus, per semetipsum saluare: omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et paruulos, et pueros, et iuuenes, et seniores. Ideo per omnem venit aetatem, et infantibus infans factus, sanctificans infantes: in paruulis paruulus, sanctificans hanc ipsam habentes aetatem. Infantium vero, vt ita loquamur, renascentiam; siue iteratam natiuitatem cum baptismo vno eodemque loco, tanquam locutionem patribus familiarem, habeas.

(g) *cit. loco libr. de baptismo. cap. xviii. p. 465. vbi sequentem in modum loquitur: itaque pro cuiusque personae conditione ac dispositione, etiam aetate, cunctatio baptismi vtilior est; praecipue tamen circa paruulos. Quid enim necesse est, si non tam necesse, sponsores etiam periculo ingeri? qui et ipsi per mortalitatem deslituere promissiones suas possunt, et prouentu male indolis falli. At quidem Dominus, nolite illos prohibere ad me venire. Veniant ergo, dum adolefcunt: veniant, dum discunt cet.*

(h) *liceat interim, haec pauca monere: primum TERTVLLIANI argumentum a periculo periuurii, cui se ingererent, qui pro baptizandis sponderent; deinde vero, quo minus vita moderatorum, quod promittendo susceperant, munus rite obire possent; aut morte interueniente impedirentur; aut perpetua et pertinaci in feritatem et scelera degenerantis alumni obliuione prohiberentur, videtur desumptum. PAMELIUS quidem in*

non obscure ostendit, *viguisse illo tempore in ecclesia consuetudinem, baptizandi paruulos*, quæ etiam sine contradictione ecclesiæ orthodoxæ fuit exercita, et pædo-bapti-

in *b. l. p. 434.* auguratur, TERTVLLIANVM solummodo de eorum paruulorum baptismo, quorum parentes infideles Christo nomen fidemque dare detrectarent, loqui, hacque de causa verborum illius sensum ad id restringere conatur. Sed in genere et expressis verbis dilationem baptismi omni ætati, ergo non teneræ solum; sed et adultæ: omni vitæ externique status conditioni, ergo non gentilibus modo; sed et christianis parentibus prognatæ proli: omni denique dispositioni, non ergo solum lactantibus ad huc religionis alumnis; sed et iam ab lactatis et puberibus ceu vilem et maximopere proficiam commendare satagit; quo vero fundamento, haud assequimur. Etenim quod palmarium arietis loco admouet atque a periculo sponforum deducit, argumentum nec tanti ponderis; nec molis est, vt pii mortis basta labefacere, et baptismum plane intermittendum esse, recte probare queat. Quis enim eum perituri insimulabit, qui, quantum in se et viribus situm, munia sua fideliter implere, promissisque stare et satisfacere totus quantus adlaborat? quem si nihilo secius, quacunque ex causa foris accedente, fallat et frustretur euentus; atramen vigili cura partibus suis infudasse, legitime eum culpæ expertem esse, fatebitur; aut quis fortuitæ possibilitatis, qua omnia humana, tenui quippe filo pendentia, et dextre et sinistre cedere possunt, optimisque in rebus nec prospero certo; nec infaustus præfagiri potest successus, vano metu idcirco actionem in se innoxiam, piam et sanctam, qua corporis animæque salus et prosperitas quam maxime petitur, in eamque serio intenditur, temere reprobendam statuet, eamque tollere, fas ducet?

baptismus pro legitimo utique habitus. (i) Quæ mens hac de re fuerit IVSTINO *Martyri*, facile ex eius scriptis perspici potest. (k) Minori difficultati obnoxius fuit *adultorum* baptismus, communibus piæ antiquitatis suffragiis adprobatus, commendatus, celebratus. (l) Ast nihilominus cauebatur solcite, ne is profanis et sceleratis impertiretur hominibus: ne in contemptum gentium abiret sanctissimum religionis mysterium. (m) Prolixum hinc catalogum eorum, qui baptismi haud capa-

- (i) pædobaptismum iam seculo primo fuisse vîtatam, satis est certum hocque præter alios confirmat ORIGENES, consuetudinis antiquitatem referens. Dicit enim *comm. in epist. ad Roman. cap. vi. ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit, etiam paruulis baptismum dare*; et *comment. in Leuitic. hom. v. 11. hæc habet: secundum ecclesiæ obseruantiam etiam paruulis baptismus datur.*
- (k) *dialog. cum Tryphon. p. 261. §. II. not. (l) citat.* Quibus ex verbis ita concludere possumus: si noui testamenti baptismus circumcisioni veteris testamenti respondet, utpote qui eius in locum successit, sequitur, ut sicuti infantes ad circumcisionis sacramentum fuerunt admissi, et in tenerima adhuc ætate iam idonei a Deo habiti, qui sanctissimum fœdus cum eo inirent, et in carne custodirent, illi pari ratione ad baptismale cum Deo fœdus quoque admittendi sint.
- (l) non obstat effato nostro citatus ante TERTULLIANI locus, ubi baptismus et *adultorum* dissuaderi forsân videri posset. Dilationem enim tantum baptismi suadet, quæ si apud infantes protrahatur eo, vsque dum *παιδες* esse desierint, plane intercedit pædobaptismus, quod secus se habet in adultis.
- (m) nimirum ex regula Christi *Matth. vii, 6.* adcurate obseruata.

capaces sunt, exhibent *constitutiones apostolicæ*. (n) Sacramento hoc digni iudicabantur, qui diuinis christianismi doctrinis, quæ ipsis in præparatione catechetica probe traditæ fuerant, plenum assensum præbuerant, quod nos IUSTINVS *Martyr* edocet. Ne ergo quis illotis, quod aiunt, manibus ad limpidissimum salutis fontem accederet, sequentem in modum prouidebatur. Pristino et vitæ genere, si criminofum scilicet id fuerat, et religionis cultu relicto ac intermisso, instituebatur doctrinæ christianæ principiis docebaturque, Christum cognoscere, baptismi candidatus, in sinum ecclesiæ recipiendus, ab hac institutione et *κατηχήσει* nomen *κατηχημένε* fortitus, prout ordinarie alias *audientis* et *illuminandi* nomen ipsi tributum est. (o) Docebatur porro, quomodo orare ac preces rite facere: ieiuniis operam dare, ac seriam agere pœnitentiam deberet,

C

priori

(n) *libr. VIII. cap. 32. apud COTELERIVM tom. 1. patr. apostolic. p. 417.* Referuntur in horum numerum dæmoniacy ferui minorum, testimonio destituti, lenones, meretrices, idolorum artifices et alii: his Marcionitæ, sed male, addidere in coniugio viuentes, vt refert TERTVLLIANVS *contra Marc. libr. 1. cap. 29. p. 754.*

(o) TERTVLLIANVS *de pœnit. cap. VI. p. 196.* sequentem in modum interrogat: *an alius est intinctis Christus; alius audientibus? vbi per intinctos baptizatos: per audientes baptizandos intelligit. φωτισόμενον* vocat baptismi candidatum IUSTINVS *Martyr apol. 11. p. 94. loc. ante citat. add. CLEMENTEM Alex. pedag. libr. 1. cap. 6. p. 113.*

priori vitæ renuntiando: delicta commissa publice profitendo, eorumque veniam a Domino supplici voce rogando. (p) Triplici huic, quod publicis precibus, ieiuniis et peccatorum professionibus absoluebatur, progymnasmati adiungebat triplex aliud germanæ pietatis exercitium, qui initiationis gratiam cupiebat, quando iam per aliquod temporis spatium christianiismi rudimentis imbutus, quosdam in cognitione veritatis, vitæque sanctitate profectus fecerat. Primum fiebat *abrenuntiatio diaboli*, cuius ferreum iugum iam iam excussurus, eiusque seruitio nuntium missurus erat baptizandus. Egregie eius passim meminit TERTVLLIANVS (q) et abrenuntiationis formulam refert, si ad hoc

(p) composite hæc omnia exhibet IVSTINVS *Martyr apol. II. p. 93.* ubi ita loquitur: ὅσοι ἂν πιστεύοσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ τὰντων τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα, καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βίην ἄνω δύνασθαι ὑπισχνώμεναι, εὐχασθὰ τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες παρὰ τῆ Θεᾶ τῶν προσημαρτημένων ἄφρων διδάσκονταί, ἡμῶν συνευχόμενων, καὶ συννηστεύοντων αὐτοῖς, quicunque persuasi fuerint, et crediderint, vera esse, quæ a nobis traduntur et dicuntur, ac viuere se ita posse receperint, orare ieiunantes, et petere a Deo priorum peccatorum remissionem docentur, nobis cum illis una et orantibus et ieiunantibus. Idem testatur TERTVLL. *de bap. cap. 20. p. 465.* dicens: ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et genucationibus, et per uigiliis orare oportet, et cum confessione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Iohannis: tinguebantur, inquit, consistentes delicta sua.

(q) classicus locus extat *libr. de coron. milit. cap. 111. p. 341.* ubi hæc profert:

hoc æuum pertinet, *constitutionum apostolicarum* auctor. (r) Etenim ex illarum citato loco intelligimus, in baptismo renuntiatum fuisse *pompæ satanicæ vniuersæ*; ad istam vero referebantur, eodem TERTVLLIANO auctore, omnes et singulæ, pristinæ prauæ vitæ et religionis, reliquiæ, quæ mislarum fordium vllum quocunque modo desiderium; aut tacitum amorem redolebant. Generis huius censebantur esse spectacula, quibus impune indulgere atque interessè non poterat, qui fœdus cum domino initum factum tectum tueri volebat. (s) Ad-

C 2

nume-

fert: *aquam aditusi, ibidem; sed et aliquanto prius, in ecclesia sub antistitis manu contestamur, nos renuntiare diabolo, et pompæ et angelis eius: cui add. libr. de spectacul. cap. 1v. p. 251. vbi ait: quum aquam ingressi christianam fidem in legis sue verba profiteremur, renuntiasse nos diabolo et pompæ et angelis eius, ore nostro contestamur.*

(r) videlis eam *libr. vii. cap. 41. apud COTEL. p. 383. his verbis inclusam: ἀποτάσσομαι τῷ σατανᾷ, καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ, καὶ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐφευγέτεσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ὕπ' αὐτόν, renuntio satana, et operibus eius, et pompis eius, et cultibus eius, et angelis eius, et inuentis eius, ac omnibus, quæ sub eo sunt.*

(s) innuit hoc TERTVLLIANVS *libr. de spectac. cap. 1v. p. 251. vbi theatri indulgentem idololatricæ reum fieri, perhibet. En eius verba: quid erit summum ac præcipuum, in quo diabolus et pompæ et angeli eius censeantur, quam idololatria? et porro: igitur si ex idololatria vniuersam spectaculorum paraturam constare, consistere, indu-*

numerabant omnia officia honoresque seculares, quibus fungi nemo poterat, quin in superstitionem rituum, et impiarum cerimoniarum partem veniret, cuiusmodi erant officia flaminum, idololatræ cultui inferuentia, simulque sub religionis facie ad eo melius regendum populum accommodata. (t) Formam abrenuntiationis hanc fuisse, reperimus. Catechumenus, baptismum expetens, baptisterio; aut fonti aquarum adstabat, ibique in conspectu ecclesiæ, vultu in occidentem conuerso, omnia opera sathanica abiurabat, manus ad eandem regionem in abrenuntiationis signum impingens. Accedebat antistitis interrogatio, sciscitantis: num bona fide, candide, integre atque ex animo stygio tyranno magistratum abdicaret: cultum et officia renuntiaret, abiuraret, eiusque tyrannidem detestaretur? cui clara et euidens renuntiationis contestatio, apertis et planis verbis expressa, respondere debebat. (u) Pii huius ritus

indubitare præiudicatum erit, etiam ad spectacula pertinere renuntiationis nostræ testimonium in lauacro, quæ diabolo et pompa et angelis eius sint mancipata, scilicet per idololatriam.

(t) confer. idem de coron. milit. cap. XIII. p. 347. *He erant, inquit, pompa diaboli et angelorum eius, officia seculi, honores, solemnitates postulatrices, falsa vota, humana seruitia, laudes vane, gloriæ turpes: et in omnibus istis idololatria in solo quoque censu coronarum, quibus omnia ista redimta sunt.*

(u) abrenuntiationis huius cerimoniam quoad omnes numeros non ex solo TERTULLIANO II. cc. de coron. milit. cap. III.

et

ritus incunabula antiqua ex traditione repetit TERTVL-
LIANVS eumque non mandatorum in scriptura conten-
torum; sed consuetudinum, vltro quidem; ast recta inten-
tione, puro fine, bona mente receptarum, pioque con-
filio institutarum numero accenset. (x) Insequuta est
sponsio; siue *obedientiæ erga Christum stipulatio*. Haud
enim sufficere credebatur, pristino domino nuntium
misisse, seque principis tenebrarum subduxisse imperio,
et mundo valedixisse; sed requirebatur insuper, vt diuo
et potenti, quem nouissime nactus erat, magistro, cuius
in castra transgressus erat, strenue sub illius auspiciis rem
actus, sacramentum diceret fidemque iurando sponde-
ret, christianæ militiæ adscribendus. Quin eodem *sponsio*
hæc, quo abrenuntiatio fieri solebat, modo, interroga-
tione scilicet antistitis baptizandique exhibita respon-
sione, absoluta fuerit, dubitare nos non finit testimonii
Tertulliani euidentiâ; (y) IUSTINVS *Martyr* vero

C 3

nobis

et de *spectac.* cap. iv. et xlii. colligere licet. Fatemur, nos
hic aliqua ex parte *libr. de eccles. hierarch.* qui sub DIONY-
SII *Areopogitæ* nomine circumfertur, autoritate in ea recensenda
nisi fuisse, quam videas in *cap. 11. sect. 2. §. 6. tom. 1. opp.*
p. 253. edit. CORDER. *Antw. MDCXXXIV.* cui vero si in rebus
huius seculi assensum exceptione maiorem detrectare vuleris,
nobis non refragantibus facies.

(x) de *cor. mil.* cap. 111. p. 341. Ibi dicitur: *hanc si nulla scriptura
determinauit, certe consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de tra-
ditione manauit.*

(y) extat *libr. ad martyres* cap. 111. p. 224. vbi dicitur: *vocati su-
mus*

nobis auctor est, baptizandos fidei suæ professioni promissa addidisse, se mores et vitam ad religionis christi-
 næ regulas componituros esse. (x) Usitata hinc erat for-
 mula: συντάττομαι σοι χειρῶν, *in tuorum militum nu-
 merum adscribor, Christe*, legibus tuis moderandus. (a)
 Accedebat fidei professio, quam IUSTINVS Martyr, loco
 citato, artissime et indissolubiliter cum obsequii pro-
 missione connexam exhibet. Publice nimirum coram
 omni ecclesia profitebantur, et contestato dicebant, se
 reuera persuasos esse de veritate omnium et singulorum,
 quæ diuina Iesu Christi doctrina contineret, eaque tam
 credenda; quam agenda proponeret. (b) Examinis
 cum iis ex articulo de patre, filio et spiritu sancto, ac
 de ecclesia, instituti meminit TERTULLIANVS. (c)
 Cate-

*mus ad militiam Dei viui, iam tunc, cum in sacramenti verba re-
 spondimus.*

- (x) legitur illud expresse *loc. ante a nobis citat. apol. 11. p. 93.*
 (a) συντάττομαι huius, ἀποταγήν proxime insecuta, formulam si
 scire gestis, hanc habe ex *constit. apostol. libr. vii. cap. 41. apud
 COTELERIVM p. 381. μετά δὲ τὴν ἀποταγήν συντασσόμε-
 νος λέγειτω, ὅτι καὶ συντάττομαι τῷ Χριστῷ, καὶ πιστεύω,
 καὶ βαπτίζομαι* u. t. l. post renuntiationem vero, dum adscri-
 bit se, dicat: et adscribor Christo, et credo, et baptizor, eor.
 (b) IUSTINVS Martyr l. c. his potissimum verbis id testatur:
 ὅσοι πεπισθῶσι καὶ πιστεύσωσι ἀληθῆ τὰ ὑφ' ἡμῶν δι-
 δασκόμενα, καὶ λεγόμενα εἶναι, quicunque persuasi fuerint, et
 crediderint, vera esse, quæ a nobis traduntur et dicuntur.
 (c) de baptisim. cap. vi. p. 461. dicens: *quum sub tribus et testatio
 fidei*

Caterum vteriori si ritus huius commemoratione delectaris, iam allegatum, vbi testimonium eius arridet, adeas DIONYSIVM, qui residuam, quam frustra in cœuorum hæcenus citatorum scriptorum monumentis requires, cerimonie partem exhibebit. (d)

§. V.

Qui candidato in baptismatis actu assistebant, a TERTVLLIANO *sponsores* dicuntur. (e) Horum munus erat, baptizandi loco ad diuersas interrogationes in baptismo respondere, atque coram ecclesia fidem adstringere, se baptizando moderatores vitæ futuræ spiritualis esse adfuturos. Sponsoꝝ horum, in paedobaptismo adhibitorum, et pro paruulis spondentium meminit TERTVLLIANVS, ac eorum operam non obscure improbare videtur. (f)

§. VI.

fidei et sponso salutis pignorentur, necessario adicitur ecclesie mentio, quoniam ubi tres, id est, Pater, et Filius et Spiritus sanctus, ibi ecclesia, quæ trium corpus est.

(d) de *ecclesiast. hierarch. cap. 11. p. 253.* vbi inter alia hæc refert: *sacerdos catechumenum, abrenuntiationis verbis recitatis, ad orientem transfert, et in cælum intuentem manumque attollentem Christo cunctisque sacris a Deo traditis eloquiis iubet assentire, cet.*

(e) *libr. de baptis. cap. xviii. p. 465.*

(f) locum vide integrum *cit. §. iv. not. (g)* Ex illo, officium eorum in his partibus constituisse, colligimus: illos nimirum infantis loco ad diuersas interrogationes in baptismo respondisse: eius loco repromissiones sanctæ et intemeratæ vitæ seruandæ fecisse:

esse.

§. VI.

Qui in actu religioso baptizantis partes agebat, *ministrum baptismi* vocari posse, supra obseruauimus. Primis quidem ecclesiæ nascentis temporibus, apostolorum nimirum ætate, ecclesiarum antistites, qui simul doctorum munere fungebantur, et mysteriorum diuinorum ceconomi erant, (g) sacramentum baptismi dispensasse, iisque, qui eo accipiendo digni erant, exhibuisse, in aprico positum est. At quum paullo post inter episcopos ac presbyteros suboriretur discrimen, baptismum propria auctoritate impertiendi, ius soli episcopali officio reseruatum est, cæteris inferioribus dignitate sacerdotibus permissionis, ab episcopo rogandæ, petitioni adstrictis. Huius rei vestigia iam in IGNATIO deprehendimus, qui baptismum non sine episcopo; aut saltem absque eius notitia, adprobatione, concessione et permissione

cisse: seipso obstrinxisse, se curam acturos, ut infans sanctissimæ religionis capitibus rite imbueretur, et cælestes christianismi doctrinas probe edoceretur, piæque olim et baptizato christiano dignam vitam agere disceret: fœdus baptismale cum domino ictum inuiolatum et integrum custodiret; nec vnquam in scelera et peccata relabendo, turpiter illud et perfide rumperet. Cæterum munus pro baptizandis spondendi, in officiis diaconorum et diaconissarum numerat *consist. apost.* auctor *libr. III. cap. 16.* apud COTELERIVM *tom. I. patr. apostolicor. p. 291.* Descriptionem nominis sponzorum atque baptizati refert DIONYSIVS *loc. cit.*

(g) iuxta 1. Cor. IV, 1.

missione, administrandum esse, grauiter vrget. (b) Latius vero rem exponit TERTULLIANVS, qui ius, baptismum conferendi, ad solum quidem summum sacerdotem; seu episcopum refert; ita tamen, vt presbyteros et diaconos, quum antea episcopali auctoritate et consensu rite fuerint pramuniti, ab officii functione non excludat: imo ad laicos vsque ius hoc, ordine scilicet prescripto seruato, extendit, ratione statim annexa; a quibus autem requirit, vt officii huius, episcoporum proprii, functionem praeter necessitatis casum non temere sibi arrogent. (z) Licet vero hic ecclesiae doctor citato in loco baptismum, vrgente puta, quae semper praesupponenda est, necessitate, ab omnibus christianis ad-

D

mini-

(b) *epist. ad Smyrn. cap. viii. edit. ITTIGII p. 8. vbi haec lege:*
ὅτι ἐξόν εἶναι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τοῦ βασιλέως, ἢ τοῦ ἀγα-
πῆν ποιεῖν, κ. τ. λ. non licet sine episcopo, neque baptizare;
neque agapen celebrare:

(i) audiamus ipsa eius hac de re verba *libr. de baptisn. cap. xvii. p. 464.* Dandi quidem, ait, baptismatis habet ius summus sacerdos, qui est episcopus. Dehinc presbyteri et diaconi; non tamen sine episcopi auctoritate propter ecclesiae honorem. Quo saluo, salua pax est. Alioquin etiam laicis ius est. Quod enim ex equo accipitur, ex equo dari potest, nisi episcopi iam; aut presbyteri; aut diaconi vocantur, dicentes, Domini sermo non debet abscondi ab illo. Proinde et baptismus aequae Dei census ab omnibus exerceri potest; sed quanto magis laicis disciplina verecundiae et modestiae incumbit, quam ea maioribus competat, ne sibi adsumant dicantur episcopi officium episcopatus.

ministrari posse, doceat; idem tamen alibi (k) perhibet, mulieres absolutissime exemptas esse, easque plane nullius in ecclesia obeundi muneris capaces reputat. Procul ergo, sicuti ab omnium cæterorum ecclesiasticorum; ita præfertim et huius muneris functione in ordinatiori illa ecclesia esse, iustæ fuere mulieres; nisi peculiare illud vestium exuendarum et induendarum baptizandis foeminis præstandum, quod diaconissis incumbibat, ministerium fortassis huc trahere velis. (l)

§. VII.

Deducimur ad considerationem eorum, quæ in actus baptismalis forma accidentalium solummodo loco haberi solebant, quorum scilicet ea putabatur esse conditio, ut non eo rigore ad legitimam baptismi perfusionem et celebrationem, ac ea, quæ antea adduximus et tractauimus, momenta, requirenda esse censerentur. Spestat huc *temporis ac loci*, quo baptismi celebratio solebat institui, conditio. Quod ad *tempus* attinet, illud

(k) *libr. de virgin. veland. cap. ix. p. 370. vbi dicit: non permittitur mulieri, in ecclesia loqui; sed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec ullius virilis muneris, nedam sacerdotalis officii sortem sibi vendicare; adde libr. de præscript. aduers. hæretic. cap. xli. p. 400. quo loco in impiam procacitatem hæreticarum mulierum, quæ ecclesiastica, ipsisque minime competentia, docendi, contendendi, exorcismos agendi, curationes repromittendi, forsitan et tingendi, munera vsurpent, grauissime inuehitur.*

(l) de quo conferas, si tanti videretur, ita dictum DIONYSIVM *Areopagitem hier. eccl. cap. 11. p. 279.*

illud prima ecclesie ætate baptismo expresse præstitutum, ac certum ei præscriptum non deprehendimus. Prout quisque christianæ fidei capitibus assensum præbuerat, et se Christo dextram nomenque daturum fore, serio in animo et videbatur, et testabatur, habere, atque inde baptismi accipiendi capax censebatur, eius pro temporis ratione impertiebatur ipsi baptismus. Hæc primæuâ (m) apostolica praxis fuit. Ætate proxime infecuta baptismatis administratio in festiua paschalis et pentecostalis temporis solemnitate peracta fuit. Auctor nobis est TERTVLLIANVS, qui duo hæc tempora explicate designat. (n) Similiter paschali

D 2

tem-

(m) hoc commode satis, prout a maioribus accepit, tradit et explicat auctor *commentarii in epistol. Paul. Ephes. IV.* qui AMBROSIO adscriptus fuit, *tom. V. oper. p. 355.* edit. Basl. 1567. dicens: *primum omnes docebant, et omnes baptizabant, quibuscunque diebus; vel temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quaesuit; aut diem, quo eunuchum baptizaret; neque ieiunium interposuit. Neque Paulus et Silus tempus distulerunt, quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus diaconos habuit; aut diem quaesuit, quando Cornelium cum omni domo eius baptizauit.*

(n) Ita enim *libr. de baptismo. cap. XIX. p. 465.* ait: *diem baptismo solenniorem pascha præstat, cum et passio domini, in qua ringuimus, adimpleta est: nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum pascha dominus esse acturus, misisset discipulis ad præparandum, inuenietis, inquit, hominem aquam baiulantem. Pasche celebrandæ locum de signo aque ostendit. Exinde pentecoste ordinandis lauacris latissimum spatium est, quo et domini resurrectio inter discipulos frequentata est, et gratia spiritus sancti dedit.*

tempore catechumenis baptismum conferri, iubet *con-*
stitit

dedicata, et spes aduentus domini subostensa, quod tunc in caelos
recuperato eo, angeli ad apostolos dixerunt, sic venturum, quem-
admodum et in caelos conscendit, utique in pentecoste. Super-
fluum fortasse videbitur, hic monuisse, quo sensu *pentecostes*
latisimum ordinandis laucris spatium, cuius TERTVLLIANVS
meminit, accipiendum sit? Etenim eius ex mente hoc pen-
tecostes spatio non solum duntaxat et singularis dies; sed vni-
uersus quinquaginta dierum inter pascha et pentecosten inter-
iectorum complexus denotatur. Hos enim singulos, laetos
festosque actos esse dies, tripudius, genialiter et explica-
ta fronte celebratos, ex ieiunationum, geniculationum, alia-
rumque seuerioris et rigidioris disciplinae partium, per hoc
temporis interuallum decreta, abrogatione facile liquet, quippe
quas cum iucunda et hilari, parca per Domini resurrectionem,
salutis lautissimorumque diuinitus acceptorum charismatum
meditatione et recordatione plane non conspirare posse, pio
fidelium coetui persuasum erat. Pia igitur oblectationis et lae-
titiæ, cui per hoc tempus indulgebant, testimonio quoque erat
baptismi largitio, dicto tempore catechumenis facta, qua lætan-
tes in ecclesiam ingredi, communisque gaudii et exultationis
affines fieri poterant. Vocabulo *pentecostes*, in sensu ante me-
morato explicando, commode inferuire videtur locus TERTVLLI-
ANUS *libr. de idololatr. cap. xiv. p. 287. vbi dicit: ethnici semel*
annus dies quisque festus est: tibi octavo quoque die: excerpe sin-
gulas solemnitates nationum, et in ordinem texe, pentecosten, seu
quinquaginta dierum spatium, implere non poterunt. Festiui in-
super paschalis, in pentecostale vsque tempus protracti, gaudii,
in ante memorata abrogatione magnam partem conspiciui, testi-
monia

fitutionum apostolicarum auctor. (o) Caueas vero, ne horum statutorum temporum eiusmodi rationem in orthodoxa illius æui ecclesia habitam fuisse, credas, acsi tam arctæ necessitatis esset eorum obseruantia, vt per residuam anni vertentis intercapedinem, absque insigni religiosæ pietatis violatione, insitui non posset baptismi celebratio. Nimirum in tantum aberat mens hæc, vt potius assereretur, interiorum animi, qua baptismi candidatum instructum esse oporteret, indolem hic maxime in censum venire, maiorisque esse ponderis, quam externas temporis circumstantias: quin imo ingenuum, fuci expertem et candidum baptizandi animum, non temporis, quo tingeretur, festiuitatem, in foro cœlesti punctum ferre, quam piam et sanctam ecclesiæ sententiam TERTVLLIANVS egregie et

D 3

vere

monium sumas ex eodem, *libr. de coron. milit. cap. 111. p. 341. vbi* ait: *die dominico ieiunium nefas ducimus; vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die paschæ in pentecosten vsque gaudemus.*

(o) *libr. v. cap. 19. apud COTELERIVM tom. 1. patr. apostolicor. p. 316. vbi* hæc legimus: τῷ δὲ σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρα-
 τείνοντες, ἀπονησιζέσθε ἐπιφωσκίας μίας σαββάτων, ἥτις
 ἐστὶ κυριακή, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἀλεκτοροφωνίας ἀγρυπνῶντες,
 καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναθροισόμενοι, γρηγορεῖτε,
 προσευχόμενοι καὶ δεόμενοι τῷ Θεῷ, . . . καὶ βαπτίζαντες
 ὑμῶν τὰς κατηχημένους, *at sabbato vsque ad gallicinium per-*
manentes; illucescente vna sabbatorum, que est dies Dominica, ie-
iunium solate: a vespera vsque ad galli cantum vigilantes; et in
ecclesia congregati in vnum, vigiliis, orationibus et ad Deum pre-
ibus vacate, . . . et baptismum conferte vestris catechumenis.

vere apostolice interpretatur. (p) *Quæstio de loco*: vbi-
nam hisce temporibus baptismus celebrari solitus fuerit?
nihil plane negotii habet. Namque primæua hac ætate ba-
ptismi actum non certo cuidam loco conspicamur adstri-
ctum. Apostoli, prouti ferebat opportunitas, baptismum
largiebantur. Diuo seruatori præmissus Iohannes bap-
tizabat in Iordane: Philippus eunuchum in solitudine:
Paulus carceris custodem domi, etc. et Petrus, vti
TERTVLLIANVS tradit, conuersos suos tingebat in
Tiberi. (q) Liberrime igitur hac in re, ab eorum quo-
que excessu, diu multumque actum. Quandoquidem
primi successores, præceptorum vestigiis pressius infi-
stentes, diuque seruatoris, qui baptizandos aqua lu-
strari præceperat, verbis simpliciter inherentes, religio-
sam ablutionem vndique gentium et ex omni parte, vbi
huius elementi copia dabatur, peragebant. Hinc ba-
ptismi ad maria, flumina, riuos, fontes, stagna, lacus. (r)
Simpliciore hunc baptizandi morem IUSTINI *Marty-*
ris et TERTVLLIANI ætate adhuc viguisse, dictionis,
qua in describenda vniuersa baptismi actione vtuntur,
modus

(p) *libr. de baptis. cap. xix. p. 465. dicens: omnis dies domini est,*
omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de solemnitate in-
terest, de gratia nihil refert.

(q) *de bapt. cap. iv. p. 460.*

(r) de quibus videas *auth. recogn. libr. iv. cap. 32. et vi. n. xv.*
apud COTELERIVM *tom. i. part. apostolic. p. 558.* item CLEM.
hom. ix. v. xix. apud eundem p. 69.

modus nobis persuadet. (s) Certe sequentibus demum temporibus baptismum, ad ecclesie baptisteria adstrictum, primum deprehendimus.

§. VIII.

In illorum denique rituum, qui in ævi huius ecclesie baptismali actui quidem adiungi, eiusque solemnibus; aut non ea mente, ac si iis, quos §. III. commemorauimus, essentialibus legitimi baptismi requisitis æquiparandi, eodemque, ac illi, loco habendi essent, accenseri solebant, numerum referri posse, statuimus baptismatis actui præmitti solitam, *consecrationem aquarum*, quæ in mysteriosa ablutione adhibendæ sacroque vsui destinatæ erant. Illam per *preces* fieri consueuisse, memoriæ prodidit TERTVLLIANVS, (t) precumque earum formam exhibet, si fidem meretur, *constitutionum apostolicarum* auctor. (u) Verum addendus etiam, potiore qua

(s) ita enim simpliciter absque vllius loci præscripti mentione TERTVLLIANVS *libr. de coron. milit. cap. III. p. 341.* dicit: *aquam adituri ibidem* cet. et IVSTINVS *Martyr* apertius adhuc *apol. II. p. 93.* Ἐπειτα ἀγορευταὶ ὑφ' ἡμῶν, ἕνθα ὕδωρ ἐστὶ, κ. τ. λ. deinde eo adducuntur a nobis, ubi aqua est, cet.

(t) *libr. de baptis. cap. IV. p. 460.* dicens: *igitur omnes aquæ de pristina originis prerogativa sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. Superuenit enim statim spiritus de coelis, et aquis superest, sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificata vinum sanctificandi combibant.*

(u) *libr. VII. cap. 43.* cui titulus præfixus: *πρὸς τὸ μυστήριον ὕδατος εὐχαρίστησι*

qua partem, et iure quidem suo videtur illarum ceremoniarum complexus, quem sub splendido *confirmationis* nomine ætas infsecuta celebravit. Dispiciamus ergo paucis de confirmationis huius *forma*; seu modo, eam peragendi: de eiusdem *obiecto personali*, et de *tempore*, quo eius instituta fuit celebratio. Quod ergo primum ceremonias, ad confirmationis *formam* spectantes, attinet, quatuor potissimum in illius administratione obseruatos esse ritus, in iis, quæ ad hoc æuum referri merentur, monumentis reperimus. Familiam ducebat *vnctio*, quippe quæ baptizatis, simulatque ex aqua ascendissent, impertita atque adeo religiosam abluitionem immediate infsecuta est. Inprimis illius meminit

TER-

ἔυχῆς χάρις, gratiarum actio de mystica aqua, apud COTELERIVM tom. 1. patr. apostolicor. p. 384. vbi hæc præscripta deprehendes:
 αὐτὸν ἄν, τὸν δεσπότην Θεὸν τὸν παντοκράτορα, τὸν πατέρα τῆ μονογενῆς Θεῆς, καὶ νῦν παρακαλέτω ὁ ἱερεὺς πρὸς τῷ βαπτίσματι, καὶ λέγέτω, ὅτι κατὰ τὴν ἐξ ἑρανῆ, καὶ ἀγίασον τὸ ὕδωρ τῆτος δὸς δὲ χεῖρην καὶ δύναμιν, ἵνα τὸν βαπτίζομενον, κατ' ἐντολὴν τῆς Χρῆστῆ σε, αὐτῷ συζωωθῆναι, καὶ συναποθανεῖν, καὶ συνταφῆναι, καὶ συναναστῆναι εἰς ὑπόθεσίαν τὴν ἐν αὐτῷ, τῷ νεκρωθῆναι μὲν τῇ ἀμαρτίᾳ, ζῆσαι δὲ τῇ δικαιοσύνῃ, ipsum ergo, Dominum Deum omnipotentem, Patrem vnigeniti Dei, et nunc inuocet sacerdos sub baptismum, ac dicat: respice de caelo, et sanctifica hanc aquam: da vero gratiam et virtutem, ut qui baptizatur, secundum mandatum Christi tui, cum eodem crucifigatur, et commoriatur, et conspeliatur, et consuscitetur in adoptionem, que in eo fit, ut perimatur qui sem peccato: vivat autem iustitie.

TERTVLLIANVS diuersis in locis; (x) de eius vero origine varia veterum pariter atque recentiorum scriptorum est sententia. Sunt, qui eam ad Apostolorum iam ætatem eorumque praxin referunt: (y) sunt, qui paulo post eam inualuisse, perhibent: (z) sunt denique, qui totis viribus contrarium tuentes, in quantum, salua monumentorum, extra suspitionis notam dubitationemque positorum ac genuinorum, fide et auctoritate, licet,

E

incu-

- (x) *libr. de baptisn. cap. vii. p. 461. dicit: exinde egressi de lauacro, perunguntur benedicta vnctione, de pristina disciplina, qua ungui oleo de cornu in sacerdotium solebant: item libr. de resurrectiõ. carn. cap. viii. p. 680. illius rei hoc ordine mentionem facit: caro abluatur, vt anima emaculetur. Caro ungitur, vt anima consecretur cet. Add. aduers. Marcion. libr. i. cap. 14. p. 746. vbi hæresiarchæ Marcionis consuetudinem, a catholicæ ecclesiæ praxi non abludentem, his verbis commemorat: sed ille quidem vsque nunc nec aquam reprobauit creatoris, qua suos abluit; nec oleum, quo suos ungit.*
- (y) ad hanc quidem confirmandam rem si nullus alius adesse scriptor; solum tamen sat grauitè ac speciosè adesse eique præcipue et maximopere studere, ipsum *constitutionum apostolicarum* auctorem, ipso facto, quum eos, qui ritus huius formam ac dispensationem tam accurate determinant, tot locis inducit, satis liquet.
- (z) hac in sententia constitutus videtur PEARSONIVS, qui vsum eius paulo post apostolorum ætatem in ecclesiam introductum esse, putat, quod quidem iudicium rei veritati non adeo incongruum esse, arbitramur, quum eius moris pretium ac dignitatem, seculi iam secundi temporibus, non exiguam apud orthodoxos æque ac apud hæreticos fuisse, ex TERTVLLIANI scriptis passim non obscure appareat.

incunabula eius in æuo, ab Apostolis remotiori, collocant. (a) Significatum eius et scopum diserte explicat TERTULLIANVS, quum vnctionem adhiberi, dicit in similitudinem ritus, sub prioris fœderis œconomia vsitati, (b) quo in cultu diuino Leuitico sacerdotes sacra vnctione muneri suo initiari consueuissent, eamque inde religiosum spiritualis sacerdotii, utpote insignis illius, qua quilibet, christiana ciuitate donatus, per baptismum augetur, dignitatis symbolum extare. Cum vero idem scriptor alio in loco (c) *carnem ungi, ut anima conferetur*, dicit, a nobis impetrare non possumus, ut credamus,

(a) in hunc censum referre, non dubitamus BASNAGIVM atque DALLAEVM, qui dum huius vnctionis ritui eandem cum TERTULLIANO ætatem plane denegare, non audeant; huius tamen scriptoris æuo, forsitan et consilio, atque sub tertii seculi auspiciis ceremoniæ usum primum cœpisse, confidenter dicunt, cui sententiæ calculum nostrum vltro adiceremus, nisi ex hæreticæ Marcioniticæ, ab orthodoxa ecclesia tanto animorum feruore dissidentis, sectæ tenacitate, qua huius moris, licet iste ei cum catholicis esset communis, obseruantissimam tamen se gessit, eiusdem ætatem iam tum temporis nonnihil adultam fuisse, suspicaremur.

(b) quod diserte hæc verba testantur, quibus *l. c. de bap. cap. vii. p. 461.* vitur: *perungimur vnctione, de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in sacerdotium solebant, ex quo Aaron a Moyse vnctus est, unde Christus dicitur a chrismate, quod est vnctio, quæ domino nomen accommodauit, facta spiritalis, quia spiritu vnctus est a Deo patre, sicut in actis.*

(c) *libr. de resurr. carn. cap. viii. p. 680.*

damus, aliam ipsi mentem fuisse, quam de carnis vinctione baptismali, tanquam causâ typica consecrationis animæ, Domino factæ; neutiquam vero de ea, tanquam causâ instrumentali tanti effectus, verba facere, inprimis ad ita determinandam eius hac de re sententiam loci præcedentis modo citati analogia inducî. Certe alio sensu, ac vbi de *ablutione carnis, ut anima emaculetur*, in verbis præcedentibus loquitur, particulam *ut*, effectum alias denotantem, accipiendam esse, ex collatione aliorum locorum, in quibus de ablutione, quæ in aquis fit; siue de tinguedi actu, tanquam causâ efficiente iteratæ nostrum natiuitatis, et quidem ea vnica saluificationis, (d) itemque de arcta eiusdem necessitate ex mandato Christi, quoad actus formam ac essentiam, (e) euidentissime loquitur, tuto colligere licebit. (f) An

E 2

vero

(d) loc. §. 1. not. (f) cit. ex libr. de bapt. cap. 1. p. 459.

(e) de quo conteras, quæ ille habet libr. de bapt. cap. XIII. p. 463. dicens: *lex enim tinguedi imposta est, et forma præscripta: et contra Praxeam cap. XXVI. p. 1029. de mandato Christi, discipulis dato, repetit.*

(f) nec dictis nostris contrariari putes locum libr. de baptis. cap. VI. p. 461. vbi sententia, TERTULLIANO fortasse peculiaris, occurrere videbitur, quando ita dicit: *non quod in aquis spiritum sanctum consequamur; sed in aqua emundari sub angelo spiritui sancto præparamur.* Tametsi autem istud damus, eius quidem ex mente, aquas adhiberi tantum in præparationem ad spiritum sanctum recipiendum; prono tamen hisce ex dictis alueo fluit, ablutionem aquarum huius saltem præparationis causam efficientem esse, ipsum statuere.

vrgo de huius vnctionis significatu et scopo eadem, ac TERTVLLIANO, sententia fuerit *constitutionum apostolicarum* auctori, (g) id confidenter asserere, haud sustinemus, quum, præterquam quod manuum impositioni plus iusto necessitatis et efficacæ adscribat, (b) atque mentem, obseruationis cerimoniarum baptismalium accessoriarum nimis amantem, subinde prodat, de actu hoc loquens, *μύρον, unguentum*, quo hæc vnctio peracta fuit, nomine *σφραγίδος τῶν συνθηκῶν, sigilli pactionum* insignire, non dubitet, (i) et in precationis subse-

(g) quando nempe diuersarum partium et cerimoniarum, in baptismo adhibitarum, sensum explanans, *libr. III. cap. 17.* apud COTELERIVM *tom. I. patr. apostolic. p. 291.* inter alia dicit: *ἐστὶ τὸ μύρον, βαπτίσις τῆς ὁμολογίας, cbrisma, confirmatio est confessionis.*

(b) etenim *libr. VII. cap. 44.* apud COTELERIVM *dict. loc. p. 385.* hæc profert: *ἐνάστει γὰρ ἡ δύναμις τῆς χειροθεσίας ἐς τὴν αὐτὴν εἰάν γὰρ μὴ εἰς ἕνασον τέτων ἐπίκλησις γέννηται παρὰ τὴν εὐσεβῆς ἰσθμῶς τοιαύτη τις, εἰς ὕδαρ μόνον καταβαίνει ὁ βαπτιζόμενος, ὡς Ἰουδαῖοι, καὶ ἀποτίθεται μόνον τὸν εἶπον τῆ σῶματος, ἢ τὸν εἶπον τῆς ψυχῆς, nam hæc est potestas impositionis manuum, unicuique facta: nisi enim in unumquodque eorum talis quæpiam invocatio a pio sacerdote adhibeatur, qui baptizatur, in aquam tantum descendit, ut iudæi, et corporis tantum sordes; non autem animæ deponit.*

(i) *libr. VII. cap. 22.* apud COTELERIVM *dict. loc. p. 371.* in precipiendis baptismi solemnibus occupatus ait: *χειρίσεις πρώτων ἐλαίῳ ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι, καὶ τελευταίον σφραγίσεις μύρῳ ἵνα τὸ μὲν χρίσμα μετοχὴ ἢ τῆ ἀγίῃ πνεύματος, τὸ δὲ ὕδαρ*

subsequatæ formula præscripta eidem vnguento effica-
ciam, saltem in actu primo; seu insitam, non obfcure
adscribere videatur. (k) Vnctioni huic adiunctam fuisse
signationem crucis, clare innuit TERTVLLIANVS, (l)
qui pium illum morem, frontem crucis signaculo terendi,

E 3

et

ὑδὼρ σύμβολον τῆ θανάτου, τὸ δὲ μύρον σφραγίς τῶν συν-
θηκῶν, unges prius oleo sancto: deinde baptizabis aqua, et tan-
dem signabis vnguento, ut oleum quidem sit participatio spiritus
sancti; aqua vero symbolum mortis; vnguentum autem sigillum
pactionum.

(k) sufficiens testimonium dictæ rei præbeant ipsa formulæ, prouti
ea libr. vii. cap. 44. p. 385. sub titulo: περὶ τῆ μυστικῆς μύρου
εὐχαριστία, de mystico vnguento actio gratiarum, leguntur, verba:
σὺ, κύριε ὁ Θεὸς, καὶ νῦν τῆτο τὸ μύρον δὸς ἐνεργῆς γενέ-
σθαι ἐπὶ τῷ βαπτίζομένῳ, ὡσεὶ θεοδαίαν καὶ πάγιον ἐν αὐ-
τῷ τὴν εὐωδίαν μείνει τῆ Χριστοῦ σὺ, καὶ συναποθανόντα αὐ-
τὸν συναναστήσει καὶ συζήσει αὐτῷ, tu, Domine Deus, et nunc
præsta, ut hoc vnguentum efficax fiat in baptizato, quo firma et
stabilis maneat in ipso fragrantia Christi tui, cui ipse commortuus,
confuscitetur ac coniuat.

(l) citato antea loco libr. de resurrection. carn. cap. viii. p. 680. In
enarratione rituum imprimis eius ita meminit: caro signatur, et
et anima muniat: item libr. de præscript. aduers. heretic. cap. xl.
p. 400. vbi satanæ κατοχὴν in imitandis sanctissimæ religio-
nis sacramentis, ac mysteriosis ceremoniis, perstringens, illius
quoque moris obseruati, et ad dæmonum aras translati, men-
tionem iniicit, dicens: tinguit et ipse, diabolus, quosdam vrique
credentes et fideles suos: expiationem delictorum de lauacro repro-
mittit, et sic adhuc inicit Mithræ: signat illic in frontibus milites
suos: celebrat et panis oblationem, et imaginem resurrectionis in-
ducit, et sub gladio redimit coronam.

et quasi muniendi, quavis alia occasione æui sui christianis
 vstratum fuisse, prodit. (m) Qua vero mente, vt alias; ita
 et in hoc actu adhibitus sit signationis ritus, et quomodo
 illa TERTVLLIANI, quibus in citato loco, vbi baptismi ce-
 rimonias ordine recenset, vtitur, verba accipi debeant?
 Signationem pro symbolo gratiæ diuinæ, mediante satis-
 factoris merito recuperatæ, atque animæ, diuo et potenti
 crucifixi seruatoris præsidio munitæ; non pro organo,
 ea plane ratione, ac de præcedenti vnctionis ritu dixi-
 mus, habitam fuisse, non est, quod dubitemus. Signa-
 tionis eius quoque meminit *constitut. apostolic.* auctor,
 et more consueto mysticum eiusdem significatum sub-
 iungit. (n) Succedebat, teste TERTVLLIANO, (o)
manuum impositio, cuius originem vnanimè ad ipsam
 apostolorum ætatem referunt, atque ab eorum exemplo
 et praxi (p) deducunt seculorum sequiorum scriptores;
 eius-

(m) *libr. de coron. milite. cap. 111. p. 342. ait: ad omnem progressum
 atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad vestitum, ad
 calcatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad scditia,
 quacunq; nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.*

(n) *libr. 111. cap. 17. dicit: ἔστι ἡ σφραγίς, ἀντὶ τῆ σαρκοῦ, signum
 crucis est, pro cruce.*

(o) *libr. de baptis. cap. VIII. p. 461. scribit: dehinc manus impo-
 nitur, per benedictionem aduocans et inuitans spiritum sanctum,
 idemque libr. de resurrect. carni, cap. VIII. his verbis turcis rem
 commemorat: caro manus impositione adumbratur, vt et anima
 spiritu illuminetur.*

(p) huius euidencia exempla vid. *act. VIII, 17. XIX, 6.* Ipse
 ritus christianæ religionis mysteris adnumeratur *Ebr. vi, 2.*

eiusque apostolicæ praxeos auctoritate ad id adductum fuisse, sat probabiliter auguramur, *constitutionum apostolicarum* auctorem, ut de χειροθεσίας illius necessitate durius iusto, ut paulo ante memorauimus, (q) sentiat, tantoque eandem rigore requirat, ut in ipsam sacrosancti baptismi efficaciam, inque hoc diuinitus datum gratiæ cælestis organon temerarius sane et plane iniuriis merito audiat, nisi æquus interpretis animus ex altero loco, ubi contrariæ plane et æquioris mentis fuisse, sibi-que melius constituisse videtur, confirmationis ritus non æque absolute necessarios, ac ipsum baptismum, esse, indigens, (r) durioribus illis eslati mitiorem sensum adferre, eaque emollire velit. Ipse vero TERTVLLIANVS non obscure innuit, eam tum temporis in ecclesia receptam extitisse ac viguisse sententiam, spiritum Sanctum, adhibito pio ritu χειροθεσίας, in animam, antea gratum ipsi in domicilium præparatam et comptam, eiusque recipiendæ præsentis hospitioque rite aptatam et adcommodatam, cum gratiæ suæ thesauris aduentare ac descendere solere. Atque inde habemus,

ex

(q) cuius rei indicio nobis esse videtur locus §. huius not. (b) citatus.

(r) extat *libr. vii. cap. 22.* apud COTTEGERIVM *tom. i. patr. apostolicæ. p. 371.* ubi quidem singulas ceremonias observandas præferibit; atq; ita pergit: *εἰ δὲ μήτε ἔλαιον ἢ, μήτε μύρον, ἀραιῶ ἕδωρ, καὶ πρὸς χεῖρας, καὶ πρὸς σφραγίδα, καὶ πρὸς ὁμολογίαν τῷ ἀποθανόντος ἢ τοῦ συναποδνήσκοντος, quod si neque oleum adsit; neque unguentum, sufficit aqua et ad unctionem, et ad sigillum, et ad confessionem morientis, seu commorantis.*

ex quo imitationis praxeos apostolicæ rationem eiusdemque scopum colligere possumus, cuius et loco suo meminit TERTVLLIANVS, quum illam eum in finem, vt *anima spiritu illuminetur*, fieri, ait. Adiungebantur porro manuum impositioni *preces*, quæ ad implorandum Spiritus sancti in fouendo, firmando et vegetando recens baptizato auxilium, pio mentis ardore fundebatur. (s) De earum necessitate salutarique efficacia persuasissimi erant, quum sicuti in omnibus aliis rebus; ita præsertim in arduo, summiq[ue] momenti illuminationis et sanctificationis negotio, diuini illius, ab optimo seruatore sibi promissi, opitulantis subsidium maximopere rogandum, ardentique zelo efflagitandum esse, clare perspectum haberent. Vnicus ergo hic piæ precationis scopus erat, vt omnipotens Deus et pater Domini Iesu Christi recens baptizatum, per filii ministerium ex satanici regni ergastulis felicissime reductum, paci que ipsius reconciliatum, Spiritus sui sancti gratia adimplere, atque efficere vellet, vt illis, quas in baptismo suscepisset, partibus fide stare: iisdem in ampliationem et gloriam regni Christi, et in confirmationem totius ecclesiæ strenue fungi: in egregium bellatorem Iesu Christi euadere, ac tandem victricis coronæ, æternæque salutis compos fieri posset. Publicis hisce preci-

(s) quod ex eodem TERTVLLIANI testimonio, *de bapt. cap. VIII.* simul patet.

precibus quilibet ex præsentium congregatorum fidelium cœtu implorationes et pro se ipso, propriæque rei causâ; et pro publicâ totius ecclesiæ singulorumque eius membrorum necessitate iungere atque inferere solitus erat. (t) Quod ad confirmationis, ut aiunt, *obiectum personale* attinet, illud duplex nobis sistitur: aliud nimirum circa confirmationis acceptionem; aliud circa eiusdem dispensationem. Eos, quibus tributa fuit confirmatio baptismi; siue confirmandos,

F

recens

(t) non sine insigni animi motu atque oblectatione legi possunt, quæ de primæ illius ecclesiæ candida pietate, ac de germano et intemerato, quo eius membra sese inuicem complexa fuerunt, amore, cuius testimonium communes illæ, quas fundere solebant, preces illustrissimum præbent, *IVSTINVS Martyr* memorie prodidit, in baptismalium rituum enarratione, quam *apolog. 11.* instituit. p. 97. hæc habens: ἡμεῖσι δὲ, μετὰ τὸ ἄνωγας λαῶσι τὸν πεπεισμένον, καὶ συγκατατασθεμένον, ἐπὶ τὰς λεγομένας ἀδελφὰς ἄγομεν, ἕνθα συνηγμένοι εἰσὶ, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπὲρ τε ἑαυτῶν καὶ τῆ Φωτισθέντος, καὶ ἄλλων πανταχῶ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιώσασθαι τὰ ἀληθῆ μαθόντες, καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταί, καὶ Φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὐρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν, nos autem secundum huiusmodi lauationem, credentem iam et nobis adscitam ad fratres, qui dicuntur, eo adducimus, ubi illi congregati sunt, ad communes preces et supplicationes, cum pro se ipsis; tum pro illuminato, et aliis ubique gentium omnibus, animo intento peragendas, ut digni idoneique simus, qui veritate agnita, per opera etiam ipsa boni atque officiosi verum administratores, et datorum nobis mandatorum custodes inueniamur, atque ut salute saluemur sempiterna.

recens baptizatos fuisse, infantes æque ac adultos, forte supervacaneum est, monere, hucque et scriptorum testimonia vnanimiter redeunt, simulque id colligi potest ex nota ecclesiæ illius primææ consuetudine, imperiendi eucharistiam iis, qui confirmatione, quæ baptismum recens datum supponit, accepta, in congregationem fidelium adsciti fuerant. Eum vero, qui dabat confirmationem; siue ministrum eius, non alium fuisse, quam, cui ius baptismum ipsum conferendi, compete-
 bat, licet in genuinis huius ævi monumentis non disertis et expressis verbis indigitatum deprehendatur; attamen non est, quod in dubiam illud partem trahamus. Quæ enim *pseudo Dionysius*: quæ *constitutionum apostolicarum* auctor de ministro confirmationis, pro duplicis vñctionis hypothesi, diuerso habent atque determinant, ea non adeo magni facienda putamus; nec ea horum scriptorum esse nobis videtur auctoritas, vt in re quapiam huius ævi examinanda, eorum eloquiis, atque testimoniis vnice inniti sustineamus. *Temporis* denique, quo confirmationis administratio atque dispensatio instituta fuit, rationem examinaturi, insignem conflictandi arenam nobis obuiam deprehendimus, si animus: si fortasse et virium partibus suscipiendis sufficiens conditio adesse nobis videretur, celeberrimæ atque inter eruditos antiquitatum ecclesiasticarum rimatoris fati agitata, et nullo non tempore vigenti controuersæ, de dispensatæ vñctionis tempore facile alias nos inmixturi. Vñctio nimirum, quam tamquam pri-
 mam

nam confirmationis post baptismum datum ceremoniam supra recensuimus, caput litis est, quippe quam in baptismalium rituum celebratione cum alia, baptismalem actum prægressa, consociatam sistere, duplicisque illius vñctionis antiquitatem iam ad hoc auum referre, totus quantus adlaborat *constitutionum apostolicarum* auctor, cui amice concinit, eumque suffragio suo virili pro parte auget *pseudo Dionysius*. Differentiam antebaptismalis vñctionis ab ea, quæ baptismum proxime insequi solebat, multis numeris vterque refert. Concinnioris ergo ordinis causâ, eorum ex mente distincte dispiciendum est de duplicis vñctionis materia eiusque inde resultante denominatione: ministro, scopo et significato. Sic in vñctione antebaptismali ἔλαιον, *oleum*; in ea autem, quæ insequuta baptismum est, μύρον, *unguentum*, adhiberi consueuisse, vterque dicitur, atque hinc quemlibet actum peculiari et proprio nomine designat. (u) Præ-

F 2

primis

- (u) ita nimirum *constitutionum apostolicarum* auctor, quando tempus antebaptismalis vñctionis post ἀποταγήν satanæ, atque συνταγήν Christo factam, editamque fidei professionem ordinat, *libr. VII. cap. 41. apud COTELERIVM dict. loc. p. 383. dicit: καὶ μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, κατ' ἀποδείξιαν ἐρχεται καὶ εἰς τὴν τῆ ἐλαίῃ χρίσιν, post hanc autem professionem, ordine venit ad olei vñctionem; de altera autem vñctione baptismum secuta, cap. 43. sub fin. p. 384. ait: καὶ μετὰ ταῦτο, βαπτίσας αὐτὸν ἐν τῷ ὀνόματι τῆ πατρὸς, καὶ τῆ υἱῆ, καὶ τῆ ἁγίῃ πνεύματος, χρισάτω μύρον, et post hoc, cum baptizauerit eum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, linat unguento: conf. lib.*

primis follicitum se exhibet in praescribenda ac determinanda

libr. III. cap. 15. et 16. sub fin. p. 290. sqq. vbi priorem actum nominat, *χρίειν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ*, ungeri oleo sancto: posteriorem, *χρίειν τῷ μύρω*, ungeri chrismate, et libr. VII. cap. 22. p. 371. vbi sacerdotibus praecipit, baptizandum prius *χρίειν ἐλαίῳ*, ungeri oleo sancto: postea, quum baptizatus fuerit, *σφραγίσειν μύρω*, signare unguento. DIONYSIVS vero, vtriusque vntionis cerimoniam describens libr. de eccles. hierarch. cap. II. p. 253. ac de priori edisserens, his vtitur verbis: καὶ τελείως ἀπαμφισπάντων αὐτὸν τῶν λειτουργιῶν, κομίζεσι μὲν οἱ ἱερεῖς τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἐλαίον, et quibusdam, ipsū baptismatis actum designantibus, interiectis, de posteriori ita pergit: ἐπὶ τὸν ἱεράρχην αὐτοῖς ἀπάγουσιν ὁ δὲ τῷ σφραγιωτάτῳ μύρω τὸν ἄνδρα σφραγισάμενος, μέτοχον ἀποφάσει λαίπρον τῆς ἱεροτελεσμιωτάτης εὐχαριστίας, dum ministri eum penitus exuunt, sacrum vntionis oleum adferunt sacerdotes. . . . Kursus illum ad pontificem ducunt: qui diuinitus sacramento unguento virum consignans, sacrosanctae eucharistiae participationem declarat, et p. 260. rursus ait: ὁ μὲν γὰρ Θεοειδὴς ἱεράρχης ἀπάρεσται τῆς ἱεραῖς ἀλοιφῆς, οἱ δὲ ἱερεῖς ὑπ' αὐτῷ τελῶσι τὴν τῆς χρίσεως ἱεραργίαν, itemque de altera: ἡ δὲ τῷ μύρω τελειωτικὴ χρίσις εὐωδὴ ποιεῖ τὸν τετελεσμένον, ἑσὲ σφιδὸν ἀνίστες δεϊφορμῆς sacram ἀσπικαται vntionem, quam ceteri exinde sacerdotes consummant. . . . Denique unguenti illa consummans vntio eum, qui iniuiatur, odoris suavitate perfundit. Addere hisce poteris, si libet, et adhuc binos alios; alii in rebus huius cui non multo maioris fidei et auctoritatis testes: alterum, auctorem librōrum recognitionum; seu pseudo Clementem: alterum, auctorem questionum et responsonum ad orthodoxos, quae plerumque IVSTINO fo-

tent

manda formula consecrationis olei, in priori unctio-
 F 3 adhi-

Ient adscribi, ac illum quidem, quando *libr. 111. cap. 67.* apud
 COTELERIVM *tom. 1. patr. apostolic. p. 537.* quosdam baptisimi
 candidatos ita alloquitur: *baptizabitur unusquisque vestrum in*
aqvis perennibus, nomine trine beatitudinis invocato super se, per-
unctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum per
hec consecratus, possit percipere de sanctis; hunc vero questum.
 CXXXVII. p. 486. et sq. partim circa constitutum utriusque unctio-
 nis tempus et ordinem; partim circa prioris necessitatem, hac rati-
 one scrupulum iniciientem, eumque responsione sublequenti
 tursus tollentem deprehendimus, quum interrogat: *ei πρὸ τῆ*
πάφης ἢ Μαρίας τὸν Κύριον τῷ μύρῳ ἤκερσεν, ἡμῶς δὲ τῆ
πάφης καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτῆ ἐν τῷ βαπτίσματι τελέ-
μεν τὰ σύμβολα, πῶς πρῶτον μὲν ἐλαίῳ χρίσμεθα, ἔπει-
τα δὲ τὰ προλεχθέντα ἐν τῇ κολυμβήθρῳ τελέσαντες σύμ-
βολα, τῷ μύρῳ σφραγισόμεθα ὕψρον, καὶ κατ' ἐναντήσιν
τῶν περὶ τὸν Κύριον γεγονότων ταῦτα ποιῆν & νομίζομεν;
εἶγε πρῶτον ὁ Κύριος τῷ μύρῳ ἠκέρατο, καὶ ὕψρον ἔπα-
θε; πῶς δὲ καὶ ἔπεριτῆ ἢ χρίσας τῆ ἐλαίᾳ προσφέρεται
τοῖς βαπτίζεσθαί μέλλασιν, εἶγε μόνῳ τῷ μύρῳ πρὸς τῷ
πάφει ἐχρίσθη ὁ Κύριος, ἢ ante sepulturam Maria unguento
 Dominum unxit; nos autem in baptismo, symbola signaque passio-
 nis et resurrectionis eius referentes, celebramus, quomodo primum
 oleo unguimur, ac deinde in sacro laucro, quae dicta sunt symbolis
 peractis, post illa unguento consignamur? atque haec ipsa, quomodo
 non contra, quam circa Dominum gesta sint, facere existimamus?
 siquidem Dominus primum unguento delibutus est, ac deinde passus.
 Quomodo vero non supernacua est etiam ea, quae in baptizandis per-
 agitur, olei unctio, si unguento tantum ante passionem delibutus est
 Christus? ad quod utrumque ita respondet: *ἔ γινεται κατ'*
ἐναν-

adhibiti, constitutionum apostolicarum auctor, (x) pre-
 cationis quoque formam in vñctione, mystico vnguen-
 to peracta, baptismumque infecta, obseruandam sub-
 iun-

ἐναντίωσιν, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ γεγονός πρό τῆς καιρῶ,
 τᾶτο ἐπὶ τῶν βαπτισμένων γίνεται ἐν τῷ θέοντι καιρῷ
 χρισόμεθα δὲ τῷ παλαιῷ ἔλαιῳ, ἵνα γινώμεθα χριστοὶ τῷ
 δὲ μύρω, πρὸς ἀνάμνησιν τῆς τῆν χριστῶν τῷ μύρω ἐνταφια-
 σμῶν ἐαυτῶ λογισμένῃ. καὶ τύπω μὲν ἐπὶ τῷ παρόντος,
 ἀληθείᾳ δὲ ἐπὶ τῷ μέλλοντος, εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν τε ἐαυ-
 τῷ παθημάτων, καὶ τῆς δόξης ἡμᾶς καλεσαμένη σωτήρος
 Χριστοῦ, hoc non fit per repugnantiam; verum id, quod in Domino
 gestum est, ante iustum tempus, in eis, qui baptizantur, congruenti
 fit tempore. Ceterum veteri oleo inungimur, ut christi vñctique
 fiamus; unguento autem, ad recordationem eius, qui unguenti vñ-
 ctionem, sepulchram suam esse reputauit, ac typo quidem et figu-
 ra in praesenti; veritate autem, et re ipsa in futuro tempore, ad
 communicationem passionum simul et gloria eius, qui nos vocauit,
 saluatoris Christi.

(x) libr. vii. cap. 42. quod inscribitur: περὶ χρίσματος τῷ μυ-
 κῷ ἔλαιῳ εὐχαριστία, de vñctione mystici olei actio gratiarum, apud
 COTELERIVM dicto loc. p. 384. haec leguntur: ἐπιμαίεται γὰρ,
 ὁ ἀρχιερεὺς, ἔτω τὸν ἀγγέλιον Θεὸν, τὸν πατέρα τῷ Χριστῷ,
 τὸν βασιλέα πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, ἵνα ἀγάθῃ
 τὸ ἔλαιον τῷ ὀνόματι τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ δόξῃ χάριν πνευμα-
 τικῆν, καὶ δύνειν ἐνεργητικῆν, ἀφ᾽ ἑσῶν τε ἀμαρτιῶν, καὶ
 προπαρσκευῆν ὁμολογίας βαπτίσματος, ὡς τὸν χρισόμενον
 ἀπολυθέντα πάσης ἀσεβείας, ἄξιον γενέσθαι τῆς κλήσεως
 κατ' ἐντολὴν τῷ μονοθεῶς, sic enim inuocat, pontifex, ingeni-
 um Deum, Patrem Christi, regem omnis naturae in sensum ac in-
 telligentiam cadentis, ut sanctificet oleum nomine Domini Iesu, et
 det

iungens. (γ) De duplicis vñctionis ministro multa habet vterque scriptor, quæ recentiorē aetatem non obscure redolent, ac simplicem, eamque minus pompam rituum, qui in prisca illorum temporum ecclesia viguerunt, indolem haud adeo arcta affinitate contingunt. Et primum quidem si *constitutionum apostolicarum* auctori attentionem præbere velimus, illum ea in re multum satisque prolixum, ac quodnam cuiuslibet ex ecclesiastico ordine, in vtraque vñctione peragenda, officium incumbat, distincte tradentem deprehendemus. Sic in vñctionis antebaptismalis perfunctione vtriusque generis baptizandos oleo sancto in capite vngi vult ab episcopo; (z) de vñctione mulierum vero speciatim loquens,

de gratiam spiritualem, et vim efficacem, ac remissionem delictorum, atque preparationem confessionis baptismi, ut is, qui ungitur, solutus omni impietate, fiat dignus initiatione, secundum vnguenti præceptum.

(γ) *libr. vii. cap. 44. sub titulo: περὶ τῆς μυστικῆς μύρης εὐχαριστίας, de mystico unguento actio gratiarum, sacerdotem ita profari iubet: Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ ἀγέννητος, καὶ ἀδέσποτος, ὁ τῶν ὅλων κύριος, ὁ τὴν ἀσπὴν τῆς γνώσεως τῆς εὐαγγελίας ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν εὐοσμὸν παρασχόμενος. σὺ καὶ τῶν τῆτο τὸ μύρον ἰδὸς ἐνεργῆς γενέσθαι κ. τ. λ. Domine Deus, qui ingenitus es, et dominum non habes, ipse omnium Dominus, qui odorem cognitionis euangelii in omnibus gentibus suauem præbuissti: tu et nunc præsta, ut hoc unguentum efficax fiat, cet.*

(z) ita enim disertis verbis *libr. iiii. cap. 16. sub init. apud COTELERIVM 20m. 1. patr. apostol. p. 291. ait: σὺ ἔν, ὃ ἐπίκουόντῃ, εὐεργετῇ*

quens, frontis inungendæ inferioribus dignitate sacerdotibus, ac cæterarum corporis partium illinendarum munus diaconiffis relinquit. (a) At secus de altera, quæ chrismate fiebat, vnctione sentit, quippe quam utroque in loco soli episcopali reseruat officio. (b) Huc æque redit *pseudo Dionysii* adstipulantis sententia, qui vult, vt primæ vnctionis, quam diserte ante aquarum consecrationem ordinat, initium ipse faciat episcopus, cæterisque sacerdotibus, ministrantes modo manus, partim in disponendis iis, quæ ad actum requirebantur; partim in perficienda et consummanda reliqui totius corporis vnctione, porrigere, permittit; secundæ vero vnctionis confe-

ἐκείνη τῷ τύπῳ χρίσεις τὴν κεφαλὴν τῶν βαπτιζομένων, εἴτε ἀνδρῶν, εἴτε γυναικῶν, τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, εἰς τύπον τῆς πνευματικῆς βαπτίσματος, tu igitur, episcope, ad illam formam caput eorum, qui baptizantur, siue viri fiat; siue mulieres, unges oleo sancto, in figuram spiritualis baptismi.

(a) *libr. 111. cap. 15. p. 290.* vbi præcipit: καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτισσάσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ' αὐτῶν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς· ἔ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κατεπίευσθαι, ac imprimis quidem cum baptizantur mulieres, diaconus tantum earum frontem unget oleo sancto, et post diacônissa eas illinet: non enim opus est vt femina aspiciantur a viris.

(b) pergit enim loco not. præced. citat. ἀλλὰ μόνον ἐν τῇ χειροθεσίᾳ, τὴν κεφαλὴν αὐτῆς χρίσει ὁ ἐπίσκοπος, verum duntaxat in manus impositione, caput mulieris unget episcopus, ac de utroque sexu locutus, cap. 16. sub fin. p. 291. addit: καὶ μετὰ τούτο ὁ ἐπίσκοπος χρίσει τὰς βαπτισθέντας, τῷ ἁγίῳ, et postea episcopus baptizatos unget chrismate.

conferendæ ius et auctoritatem itidem expressis verbis ad summum sacerdotem; seu episcopum refert. (c) Ita quoque determinando vtriusque vñctionis *scopo et significatui*, quippe vario atque inter se diuerso, vtrumque scriptorem serio intentum esse, obseruamus. Enimvero

G

vero

(c) hac enim ratione insignis ille hierophantes cuiuslibet ecclesiastici ordinis proprium munus constituit *libr. de ecclesiast. hierarch. cap. 11. p. 233.* καὶ τελείως ἀπαμφισσάντων αὐτὸν τῶν λειτουργησίων, νομίζουσι μὲν οἱ ἱερεῖς τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον· ὁ δὲ, ἱεράρχης, τῆς χρίσεως διὰ τῆ σφραγίσου τρεῖς ἀπαρξάμενος, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι τὸν ἄνδρα χρίσει πανσώμως παραδὲς, αὐτὸς ἐπὶ τὴν μητέρα τῆς ὑιοθεσίας ἕρχεται, καὶ τὸ ταύτης ὕδωρ ταῖς ἱεραῖς ἐπικλήσει ιαθαγιασας, καὶ τρισὶ τῆ παναγωγῆτε μύρα σαυροειδέσι χύσει τελειώσας αὐτὸ, κ. τ. λ. et post copiosum cerimoniarum ambitum: deductionem candidati ad aquas, eiusque simul et sponsoris nominalem duplicem citationem, ab inferiorum sacerdotum quibusdam peragendas, ac insequentem a pontifice dandam ablu- tionem, descriptum atque præscriptum, et de vltiori sacerdotum, postquam nempe baptizatum alibi rursus congrua veste induerint, ministerio, et de episcopi hac in re partibus agendis, ita pergit: οἱ ἱερεῖς ἐπὶ τὸν ἱεράρχην αὐδῆς ἀπαύχασιν ὁ δὲ τῶ θεεργιατώτατῳ μύρα τὸν ἄνδρα σφραγισάμενος, κ. τ. λ. dum ministri penitus eum exuunt, sacrum vñctionis oleum adferunt sacerdotes. Pontifex vero trino signaculo inchoans vñctionem, sacerdotibus hominem tradit toto corpore inu- gendum; ipse autem ad adoptionis matrem, id est, matrem, vadit; cuius aquas postquam sacris inuocationibus sanctificauit, nec non tribus sacratissimi unguenti crucis forma assusomibus, cet. . . Sacerdotes rursus illum ad pontificem ducunt, qui diuinitus sacrate unguento virum consignans, cet.

vero illius vnctionis, quæ baptismum præcessit, dignitatem atque efficaciam nimium extollens, et in largitione magnificorum titulorum, quibus eam quauis data occasione insignit, plus iusto effusior nobis videtur *constitutionum apostolicarum* auctor quod quidem partim conflata ab ipso consecrationis et preceationis pro oleo sanctificando formula non obscure prodit; (*d*) partim ex aliis locis, in quibus eius rei meminit, non difficulter addisci, et legitime colligi potest. (*e*) Indole vero, virtute ac salutari effectu alteram ab altera discrepare statuit, quum per priorem baptizandum spiritus sancti participem reddi, atque ita gratiæ diuinæ recipiendæ aptari; per posteriorem autem gratiam recens acceptam in baptizato stabiliri, nouumque sanctum foedus confirmari et obsignari docet, (*f*) a qua sententia

(*d*) quam vid. integram §. huius *not.* (*x*) In hac enim, nî fallimur, vncto per vnctionem eiusmodi conditionem conferri, denotatur, quam solam religiose abluto ex ipsius seruatoris constitutione ac salutari dispositione tribuere solet baptismus, videlicet *remissionem delictorum, liberationem atque absolutionem ab omni iniquitate.*

(*e*) conf. *libr.* III. *cap.* 17. p. 291. vbi ait: ἐπὶ τὸ ἔλαιον, διδόμενον ἀντὶ πνεύματος ἁγίου, oleum adhibetur pro Spiritu sancto; et *libr.* VII. *cap.* 22. p. 371. vbi χρίσμα prius μετοχὴ τῆς ἁγίας πνεύματος, participationem spiritus sancti vocare sustinet.

(*f*) Il. modo *cc.* quibus add. *libr.* VII. *cap.* 42. et 44. p. 384. et 385.

etia rursus non multum abludivit DIONYSIVS. (g) En ergo primariis saltem lineis adumbratam faciem duplicis ceremoniæ, cuius observationem vterque tanto verborum apparatu, industria et nisu christianæ ecclesiæ commendare, eique apostolicam originem, atatem atque auctoritatem conciliare satagit. Insignem vero anta-

G 2

goni-

(g) de priori quidem vñctione talem huic scriptori mentem esse, quæ cum illa, qualem in superioribus dictis circa posterioris vñctionis significatum et scopum Tertulliano tribuimus, sententia quodammodo conveniens videri posset, nimirum vñctionis huius actum typica solummodo ratione esse considerandum, ex ipsius verbis colligere posses, *libr. de ecclesiast. hierarch. cap. 11. p. 259.* quando dicit: *ὁ μὲν γὰρ θεοειδὴς ἱεράρχης ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς ἀλοιφῆς, οἱ δὲ ἱερεῖς ὑπ' αὐτῷ τελεῖσι τὴν τῆς χρίσεως ἱεραργίαν, ἐπὶ τὰς ἱερὰς ἐν τύπῳ τῶν τελεμένων ἀγῶνας ἐπιμαρτυροῦντες, καθ' ἃς ὑπ' ἀδολοθέτη χειρὶ γινόμενος, . . . τοῖς μὲν ἀγῶσιν, ὡς θεοῖς ὁ τελεόμενος ἐπιβήσεται χαίριον, ἐμμένει δὲ ταῖς τῷ σφῆ νεμοθεσίαις, καὶ κατ' αὐτὰς ἀπαραβάτως ἀγωνιῶται, πρὸς τὴν πῶν καλῶν ἐπάθλων ἐλπίδα βεβαίως ἔχων, ὑπ' ἀγαθῷ τῆς ἀδολοθεσίας κυρίῳ καὶ ἡγεμόνι ταπτόμενος,* ipse siquidem antistes deiformis sacram auspicatur vñctionem, quam ceteri exinade sacerdotes consummant, ad sacra per figuram hanc certamina initium excitantes sub Christo numerario constitutum, . . . in certamina quidem gaudens, utpote divina, initiatus ascendet; legibus autem sapientis infisset, inætaque illas inviolate certabit, illustrium premiorum certa spe fultus, sub bono certaminum exhibitore, domino ac ductore constitutus; ait, quum ritus illius veterum luminatorum, a quo similitudinis notam desumit, indoles ea fuerit,

vt

gonistam, satis confidenter contradicentem, vterque habet DALLÆVM, qui dum cuiilibet personam, quam sustinere gestit, demit, propriamque et natiuam faciem exhibet, priscae illius affectatae canitiei expertem: eo ipso simul eorum auctoritatem operamque, in condenda ritus prima origine et antiquitate, tam prolixis testimoniis

vt oleum, quo in arenam descensuri perungi solebant, non nudum solummodo symbolum, schema; seu signum hominis, luctatorum muneri destinati; sed instrumentum potius atque organon esset, quod luctaturos capaces reddebat, illisque insigni emolumento esse solebat, vt in ipsa arena muniis suis eo felicius perfungi, eiusdemque ope eo facilius ex conflictu superiores discedere possent, facile hinc consequentiam deducere aliquis possit, in hac re, de qua ex illius antiquae et vstitae consuetudinis parallelismo loquitur scriptor, hanc eius esse mentem, vt, dum schematico dicendi genere ex instituto ad representandam actionis indolem vtitur, simul innuere velit, mysticam hancce et sacram vnctionem parem, ac profana illa luctatoribus corporalem prestare solebat, spiritualem vsum atque vtilitatem praebere: oleum nempe vncto efficaciam largiri, eumque aptare, vt eo meliori in grauissimo illo et aspero certamine, cum hostibus spiritualibus, satana, mundo propriae nostrae carne obeundo, successu gaudere, victtricemque lauream adipisci possit; quum vero supra, quam in aprico positum, cuiquam imputare nolumus, allusionem illam, iustis nempe circumscriptam et inclusam limitibus, non penitus improbandam statuimus. De posteriori vero vnctione, solita verborum magnificentia vtens, *constitutionum apostolicarum* auctori maiori ex parte atque cumulatius suffragatur, quando *l. c.* p. 253. pontificis officium facit, quod ille post peractum baptismum

de sat

monii positam, tollit atque eneruat. Posterioris quidem, baptismum infecutæ, vñctionis celebrationem hac iam ætate in ecclesia obseruatam fuisse, cœtanei TERTVL-
LIANI testimonium, dum rem in aprico ponit, inficias ire, ipsum prohibet; priori vero, baptismum prægressæ, cum genuinorum monumentorum suffragia desint, de constitutionum apostolicarum auctore, qui, se has partes prospere acturum, primæuorumque testium silentium suis prolatis sat scite suppleturum fore, persuasissimum haud dubie habuit, aperte atque ingenue profitetur: (b) sunt apud hunc, ait, quæ nusquam in superiorum temporum monumentis deprehendimus, nonnulla, quale illud est, quod baptizandi oleo unguuntur, antequam tingantur, quodque tincti non oleo; sed μὲν, id est, unguento ebriantur, quorum neutrum hactenus in vlllo vetustiorum obseruauimus. Nam ubi hic noster de diaconissarum ministerio agit, id imprimis tradit, cum mulieres bapti-

G 3

bapti-

debeat esse τῷ θεεργικωτάτῳ μύρω τὸν ἀνδρα σφραγισάμενος, unguento diuinitus sacrato, seu vt interpretatio a PETRO LANSSELIO græco textui adiecta sensumque auctoris forsitan propius attingens, habet, unguento, quod maxime diuino efficit, virum consguans; itemque de singulorum, quæ baptismum perficere solent, significatu atque effectu agens, p. 260. ita pergit: ἡ δὲ τῷ μύρῳ τελειωτικῆ χρίσις, εὐωδὴ ποιεῖ τὸν τετελεσμένον, denique unguenti illa consummans; siue, quæ perficiendū vim habet, vñctio eum, qui initiatur, odoris suauitate persuastræ siue, fragrantem facit.

(b) de confirmatione libr. II. cap. XI. p. 181.

baptizantur, diaconum earum modo frontem linere sancto oleo; tum diaconissam eas perungere. Deinde totum baptismi ordinem sequenti capite enarrans, τὸ μὲν βῦ, inquit, . . . in quibus duas, ut dixi, vides vnctiones, priorem ex oleo, ante tinctionem; siue lotionem: posteriorem post lotionem ἐκ τῆς μύσῃς, ex vnguento. Atqui vnā hactenus audieramus, eamque post tinctionem, et quidem, ut videtur, ex simplici oleo; certe nusquam in ea describenda τῆς μύσῃς, id est, vnguenti ex pluribus compositi occurrit mentio. Hæc meminervis Tertulliani, qui totum baptismi ritum accuratissime descripsit. Nihil præter ista apud eum occurrit. Ergo circa hæc tempora, id est, paulo post quarti seculi initia facta videtur illa mutatio, nempe ut cum primum ex oleo simplici iningerentur de sacro lauacro egressi; tum oleo balsamum addi placuerit ex Mosaiico typo, quod huiusmodi vnguentum significandæ regię ac sacerdotali dignitati (in quam per baptismum inaugurantur credentes) aptius; quam simplex oleum videretur. Hæc ille: ex quibus integram eius de antibaptismalis vnctionis ætate et antiquitate sententiam dilucide perspicere poteris. Satis argutam vero hisce dictis coniecturam de causâ occasionali originis illius vnctionis in sequentibus subiungit, quando auguratur, per lætam illam externæ conditionis faciem, qua christianorum grex temporibus Constantini Magni gaudere cœpit, atque per profundam tranquillitatem et pacem, qua ecclesia sub huius principis imperio, non solum durioribus illis, quibus antea acerbè satis et multifa-

ritariam pressâ fuerat, afflictionibus liberata demum frui auspicabatur; sed quoque præterea honoratorum, præcipua dignitate lautisque facultatibus pollentium, accessu, subsidio atque patrocinio aucta opum externique splendoris maiora indies incrementa capiebat, ansam eius temporis christianis præbitam fuisse, vt ii, sicuti cæterorum ecclesiasticorum rituum ambitum, arctioribus antea limitibus circumscriptum, amplificare exorsierant; ita quoque solemnitatem initiationis proselytorum suorum nouo ceremoniæ huius additamento exornarent, eamque inde splendidiorem efficerent. Quum vero primum in animum induxissent christiani, de multiplicandis et ad magnificentiam atque ostentationem componendis ecclesiasticis ritibus, eorumque adaugendo potius; quam imminuendo numero, consilium, facile deinde factum, vt licet hæcce noui generis, nimirum balsamo peracta, vinctio in ecclesiam introducta atque substituta esset; attamen de antiquiore illa, quam Tertullianus commemorat, quæque oleo fieri solebat, vinctioe vna et simul retinenda, sententiam inirent: ea nempe rei potissimum ratione habita, quod ex illius obseruatione atque vsu ipsi baptismalis actus solemnitati aliquid dignitatis & præstantiæ accessurum fore, arbitrantur. Exinde assignatum ipsi in, prægressis baptismatis actum, ritibus locum nacta est antiquior hæc vinctio, quum pristinum eius in baptismalium ceremoniarum serie locum recens superaddita, quæ ex vnguento nobiliori peragi solebat, vinctio occupare cœpisset. Singularum
vero

vero harum dispositionum et placitorum ætas atque origo, quum cæterorum omnium euidentis ac genuinæ antiquitatis scriptorum desitutæ sint testimonio, certe non alio nituntur fundamento; quam infucata auctoritate parentis *constitutionum apostolicarum*; cuius vero artes altius perspexisse, sibi est visus, iustumque propterea iis valorem appendere, non dubitauit DALLÆVS. Verum multo inferius ac longe tenuius pretium idem statuit *pseudo Dionysii* testimonio, quem lepidum ætatis suæ dissimulatorem ad vltima sæculi quinti tempora; vel ad initia sexti refert. Hinc de librorum, ab ipso eum in finem conditorum, vt ecclesiasticis rebus eo maiorem honoris ac dignitatis speciem apud omnes conciliaret, indole non incommode iudicat, (2) *eos per se curiose sane, et ad pompam atque admirationem magno et pene inusitato dicendi genere esse conscriptos*, atque insuper, dum in eo versatur, vt probet, libros hos, quippe qui anno Christi demum 532. orbi christiano innotuerint, non multis ante hunc annum temporibus exaratos fuisse, de fine scriptoris et proposito, quod in concinnando ac edendo opere habuit, ita pergit: *cæterum is scriptor, quicumque tandem fuerit, qui sub hac ingenti Dionysii persona latere, et orbi imponere, ac ludos facere voluit, suæ, id est, Græcæ quinti sextique sæculi ecclesiæ ritus, vt in cæteris; ita in hoc quoque vngendi mysterio, grandi illo suo, ac dithyrambico stylo, non obscure expressit: in sequentibus*
dein

(2) dicto loco, de confirmat. cap. xv. p. 203. seq.

dein ea, quæ in ipso scriptore de duplicis vñctionis ante et post tinctionem cerimonia, sesquipedalibus illis, et ad pompam ac maiestatem effictis verbis inclusa, deprehenduntur, recenset, summam eorum pro peculiari instituti ratione et dissertationis scopo examinans. Ad sociandum DALLAEO merito esse, arbitramur, non minoris in hoc studiorum genere nominis virum, sagacissimum antiquitatum ecclesiasticarum scrutatorem et iudicem, FRIDER. SPANHEMIVM, qui de *constitutionum apostolicarum* auctore, ac operis ab eo confecti ætate agens, magna testium, non multum ab ipsius sententia abluentium, nube, ac variorum argumentorum ex earum rerum, quæ in ipso opere continentur, conditione petitorum robore adductis, (k) eam *ἐπιτίσιον* subneçit,

H quæ

(k) *hystor. christian. sec. III. p. 784. seq. tom. I. oper.* Si non temporibus Nicæni concilii recentius opus, supposititium saltem illud, et scriptoris tertii seculi foetum esse, secundum communem omnium eruditorum sententiam, probat ex PETR. DE MARCA de *concordia sacerdotii et imperii libr. III. cap. 2.* DAVID. BLONDELLO, qui id ad annum circiter CCLXXX. refert, et MORINO aliisque, qui illud Nicæno ævo antiquius saltem esse statuunt. Adducit ipsum PETAVIVM; satis acute conuictentem, eas, prout nunc habemus, *constitutiones* ne quidem prodixisse ætate Epiphani, qui in controvèrtia cum Audianis iis alioquin perquam commode vti potuisset, quod certe nil aliud est, quam ipsis *constitutionibus* post seculi quarti tempora originem demum suam rotidem verbis assignasse. Addit hisce testimonium VSSERII; itemque DALLAEI et PEARSONII, quorum vterque planis verbis ad seculi quinti finem eas reuocit, ac deinde, in capite causæ magna ex parte consentientes, alle-

quæ a DALLÆI mente non admodum recedit, hæc nempe ratione sententiam suam pronuncians: *utique interpolatam certe videri in plurimis hæc constitutionum syllogem, insertis, quæ vix tertii seculi esse credantur. At collatione instituta cum scriptis Tertulliani, Origenis, Cypriani, cum historia Eusebii: cum eius æui doctrina, moribus, disciplina, disputationibus, fatendum utique fuerit, aliquam si non magnam harum constitutionum partem seculo III. labente iam in usu ecclesie fuisse; at totum opus dixerimus postea consarcinatum videri, circa finem V. seculi, quibus ut esset auctoritas, inscriptæ ille apostolorum et Clementis nomine.* Quæ vero nobis ea, de re mens fit, breuissimis addituri, id quod per totam tractationis subandit *adversus* *ius* *(a)*, *aliquibus* *modis* *in* *feriem*

allegat ex pontificiis, ALBASPINAËVM, et doctissimos Iesuitas, LAVNOIVM, RIGALTIVM, HALLOIXIVM. Ipsum vero argumentorum, ex contentorum summa, adeoque ex interiori indole, quam ipsa operis inspectio exhibet, depromtorum pondus, quo ad stabiliendum suum estatum, materiam scilicet operis iis, quæ seculi tertii ætate vigere, placitis et sententiis ecclesie admodum congruentem esse, vitur, sequentibus numeris proponit, quod nimicum constitutiones illa imprudentius, ante Ariana tempora, de filio et spiritu sancto loquantur: ab heresi venientes rebaptizandos decernant: diem paschalem contra quartadecimarios, desiniant: aequinoctium incidisse sum doceant in d. XXII. martii; dandam poenitentibus veniam constituant contra Novatianos: sabbati observationem, ut festi, sanciant: ieiunium sabbato, negent, præterquam magno, et antepaschali, secus ac deinceps in Romana ecclesia obtinuerit: episcoporum utrogoxv, qualis hoc ævo surrexerit, stabiliant, ac de baptismalibus ritibus, de catechumenis, emergentis, lapsis, poenitentibus etc. ea passim tradant, quæ iam seculi tertii, dein et sequentium seculorum inuenerit disciplina.

feriem dissimulare nullibi nec potuimus; nec voluimus, hic quoque præcipuo loco repetendum ac renuendum ducimus: nimirum nos neutri horum scriptorum tantum auctoritatis et fidei concessuros, vt eam, quam præ se ferunt, ætatem ipsis tribuentes, atque in eorum verbis et testimoniis acquiescentes, antebaptismalis vñtionis originem et obseruationem, cum reliquo cerimoniarum, ad illam pertinentium, complexu, in hocce, cuius baptismalem historiam hæcenus recensuimus, æuo statuamus reponenda. Licet enim nobis non omnimode arideat eorum sententia, qui animo, a rituali ecclesiastico cultu plus iusto alieno, de ipsorum rituum antiquitate, in quantum suprema testimoniorum non prohibet euidencia, promte detrahere, iisque nouitatis notam facile inurere student, nosque inde vñtionis illius, cuius Tertullianus in enarratione cerimoniarum baptismum infecutarum meminit, eam lubenter agnoscamus ætatem, eandemque in superioribus dictis aliquo modo vindicare annisi fuerimus; verumtamen, sicut ritus, genuinorum testium suffragio muniti, dignitatem, quam ex longa annorum serie consequitur, vel minima ex parte carpere nefas habemus; ita et altera ex parte, vbi alium deprehendimus idoneorum testium silentium, alios ac spurios subornare, merito ducimus religioni. En ergo rationem, qua inducti calculum, quem Dallæo, vbi de origine et antiquitate posterioris vñtionis sistebatur quæstio, in superioribus detrectaueramus, eidem in præsentia, vbi de prioris ætate disquiritur, omnino adiciendum censuimus. Postremo tandem

loco reperimus adhuc quasdam cerimonias baptismali actui superadditas, illos scilicet, qui baptismi confirmationem secuti fuere, ritus, in genuinis ex illo ævo superstiti- bus monumentis: *osculum* nempe *pacis*, recens baptizatis exhibitum, et *particulam lactis et mellis* iis *degustandam* datam. *Prioris* memoriam ex illo tempore nobis conseruauit *IUSTINVS MARTYR*, qui precatione publica, in congregatione fidelium pro singulorum christianæ ciuitatis membrorum, et in his quoque nouissime adscripti ciuis salute fusa, alteri ab altero osculum, in fraternita- tis spiritualis et vinculi charitatis mutuæ sanctissime ser- uandi tesseram, impertitum fuisse, commemorat. (1) Significatus ergo et scopus illius cerimonie facile pater. Fundamentum obseruati ritus plerisque cum Augusto ponendum videtur in apostolica regula, qua fideles san- cto sese inuicem osculo excipere iubentur. (m) Quum vero osculi vsus non alius ipsis esset, quam vt germani il- lius et fraterni adfectus, quo sese, qui Christo nomen de- derant, prosequerentur, euidens sibi inuicem exhiberent symbolum, eiusque scopus eo tenderet, vt animum, soli- citum præcepti, de mutuo amore ab optimo magistro dati, (n) custodem declararent, nulla sane occurrit ratio, quæ obstat, quin hancce communis amoris notam etiam nouitiis christianis non denegatam fuisse, credamus: præ- fertim

(1) *apolog.* 11. p. 97. vbi, postquam piæ orationis, hac occasione reci- tari solitæ, summam indicauit, in subsequutorum rituum recen- sione ita pergit: ἀλλήλους Φιλήματι ἀσπάζομεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν, a precibus finitis, mutuis nos inuicem osculis salutamus.

(m) *Rom.* xvi. 16. hortatur diuus gentium doctor: ἀσπάζασθε ἀλ- λήλους ἐν Φιλήματι ἀγίῳ.

(n) quod reperimus *Iob.* xlii. 34. 35. eiusque *Φιλαδέλφους* seruan- dæ monitum in epistolis suis ad ecclesias recens plantatas subin- de repetiisse et inculcasse apostolicos patres, *Clementem Romanum*, *Ignatium*, *Polycarpum*, ipsa illarum inspectio docet.

fertim quum ex æui proxime infecuti testimonio aper-
tam deprehendamus ecclesiæ orthodoxæ hac de re
mentem, interpretante CYPRIANO contra Fidum, qui
paruulis, per regenerationis lauacrum in ecclesiæ com-
munionem receptis, vano nausæa horrore, ac immun-
ditiei fastidio, amicos eiusmodi amplexus exhibere de-
trectabat. (o) *Degustationem præterea lactis et mellis, qua
frui solebant recens baptizati, itidem religiosi et ad exci-
tandos pios animi motus apprime compositis symbolis ac-
censere, nulli hæsitamus, propterea quod illius cerimonie
sensum, quidue ea significatum dare, quid neophytorum
mentibus intuitu et celebratione huius ritus perpenden-
dum ac meditandum sistere voluerit pia antiquitas, præ-
ter TERTVLLIANVM, (p) et CLEMENS ALEXANDRINVS
non obscure innuere videtur. (q) Ceterum omnibus
H 3 hisce*

(o) *epist. lxx. ad Fidum scripta, p. 97. edit. BALVZII Paris. MDCCXXVI.
vbi illius obiectioni respondetur.*

(p) *enarrationem ritus et interpretationem haurias partim ex libr. de
coron. milit. cap. 111. p. 341. vbi ait: inde suscepi, lactis et mellis con-
cordiam prægustamus; partim ex libr. 1. aduersus Marcion. cap. 14.
p. 746. vbi ex obseruationis, quam Marcionis secta tenebat, ana-
logia illius meminit, et quidnam hisce symbolis representari etiam
apud illius æui hereticos consueuerit, explicat, dicens: ille qui-
dem usque nunc nec reprobat . . . mellis et lactis societatem, qua
suos infantas.*

(q) *huc enim dubio procul spectant, quæ ille habet paedagog. libr. 1.
cap. 6. p. 124. sq. quando dicit: τῶ ἐν γάλακτι, τῇ κυριακῇ
τροφῇ, εὐθύς μὲν ἀποικηθέντες, τιθνηόμεθα· εὐθύς δὲ ἀνα-
γεννηθέντες, τετιμήμεθα· τῆς ἀναπαύσεως τὴν ἐλπίδα, τὴν
ἐνώ Ιερουσαλήμ, εὐαγγελιζόμενοι ἐν ἡ μέλι καὶ γάλα ὀμβροῦν
ἐναγγελιστῶν διὰ τῆς ἐνύλας καὶ τὴν ἀγίαν μνησεύμενοι τρο-
φήν, lacte ergo, dominico scilicet nutrimento, statim quidem post-
quam editi sumus, alimur; simulac autem regenerati fuimus, honore
affecti sumus, dum spes quietis annunciat, superna Hierusalem, in
qua et mel et lac plueri scriptum est, dum per materiale, sanctum
nobis alimentum despondetur.*

hifce initiationis folemibus celebratis, cerimoniisque baptifmalibus finitis, extemplo nec vteriori mora interiecta nouitios christianos ad communionem altaris admiffos, et facrofanctæ euchariftiæ participes fuiſſe redditos, itidem ex IVSTINO MARTYRE (r) ac TERTVL- LIANO (s) colligimus. Baptizati autem hac ratione in numerum civium christianorum recepti, omniumque ecclefiæ facrorum et priuilegiorum participes facti poſtmodum a communi lauacro ex die fuſcepti baptifmi ad exactam hebdomadam abſtinentiam, eodem TER- TVLLIANO (t) teſtante, agere ſolebant.

Vterius in rituum baptifmalium, hoc ſeculo vſita- torum, recitatione non progrediendum eſſe, ſtatuiſus. Reſidua baptifmi cerimonix, quæ ex conſtitutionibus eccle-

(r) innuit hoc potiffimum enarrationis modus, quo *L. c. apol. 11. p. 97.* in deſcribenda facrorum celebratorum ferie vtitur, verbis paulo ante allatis, in quibus ofculi, preces inſequuti, mentionem fecit, immediate hæc ſuperaddens: *ἔπειτα προσφέρεται τῷ προσώ- τι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κραµατος* et tradita diſpenſationis ſacramenti euchariftici cerimonia, ita per- gens: *καὶ ἡ τροφή αὐτῆ καλεῖται παρ' ἡµῶν εὐχαριſτία ἥς ἄδεναι ἄλλω µετ' αὐτῶν ἐξόν ἐſτιν, ἢ τῷ πιθεύοντι ἀληθῆ ἐνοῦν τὰ δεδιδασκµένα ὑφ' ἡµῶν, καὶ λεοαµένω τὸ ὑπὲρ ἀφέſτως ἀµαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννηſιν λατρῶν, καὶ ἄτιος βίαις, ὡς ὁ Χριſτος παρέδωκεν*, deinde ei, qui fratribus præeſt, offertur panis et poculum aquæ et vini: . . . porro alimentum hoc apud nos appel- latur euchariftia, quod nulli alii participare licitum eſt, quam veram eſſe doctrinam noſtram credenti, et lauacro propter remiſſionem pec- catorum et regenerationem abluto, et ita, vt Chriſtus tradidit, viuenti.

(s) quando nempe in rituum, prouti ordine ſeſe excipere ſolebant, ſæpius memorata recenſione tandem ſubiungit *libr. de reſurrect. carn. cap. viii. p. 680.* caro corpore et ſanguine Chriſti veſcitur, vt et anima de Deo ſanctetur: coll. *libr. 1. aduerſ. Marc. c. 14. p. 746.* et de præſcript. adu. heret. *cap. xi. p. 400.*

(t) *libr. de coron. milit. cap. 111. p. 341.* exque ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus.

ecclesiasticis, continua annorum serie indies multiplicatis, ortum traxere, partimque in nostra; partim romana adhuc obtinent ecclesia, v. gr. exorcismus, insufflatione coniuncta, adhibitus: signaculum crucis, frontiditum, primam vñtionem comitans; itemque candidæ vestis post susceptum baptismum indutio, prouti earum ordine et loco suo mentionem et catalogum habet celeberrimus CAVE, (u) quod ætati proxime infectæ demum originem suam debeant, nobis et monumentorum, quibus sæculi, nobis hætenus examinati, historia continetur, silentium, et testimoniorum, ad temporum insequentium sacra pertinentium, fides persuadent. Cum itaque non aliud institutum nobis fuerit, quam vt cerimoniarum ambitum, et ritualis ecclesiastici in nouitiorum inauguratione obseruati faciem, quatenus pro virium modulo liceret, plene adumbratam sisteremus, rudi nostro penicillo hic terminum figere, consultum habemus. In quantum lucubrationum nostrarum scopum allecuti, iisque, quas explendas susceperamus, partibus functi fuerimus, ipse decernat delineationis huius æquis maiorisque perspicaciæ censor. Si quæ minus commode dicta, minusque adcurate discussa hinc inde deprehenderit lector eruditus, et tenuium ingenii virium ætatisque nondum perfecte firmatæ rationem habeat, simulque amica nos compellatione et admonitione dignetur, volumus rogatum. Deo vero T. O. M. sit pro facultate nobis huc vsque clementissime concessa Soli summa

Laus et Honor et Gloria in Seculorum Secula

A M E N.

NOBI

(u) in *primitiis christianism. part. 1. cap. 10.*

Addend. et corrigend.

pag. 1. synopf. col. 11. lin. 10. post verba, *signo crucis*, add. *manuum impositione*, p. 21. lin. 20. leg. *Areopagita*. p. 39. l. 15. l. *Spiritus sanctum*.

❀) ○ (❀
NOBILISSIMO AC CLARISSIMO
M. IO. GODEFR. ZENTGRAVIO
S. P. D.
IO. GEORG. WALCHIVS.

PRÆBES omnino mihi lætandi caussam, quum eruditionem tuam studiumque, res in antiquiore ciuitate christiana gestas cognoscendi, quod mihi aliisque doctoribus iam dudum adprobasti, in lucem proferas ac luculenter nunc monstras, te recte tibi consuluisset. In Argentoratensi academia præclaros progressus cum in philosphicis liberalioribusque artibus; tum in sanctioribus litteris fecisti, inprimis viri summe reuerendi FRIDERICI IACOBI REVCHLINI, multa doctrinæ virtutisque laude ornati, præceptis, consiliis ac liberalitate instructus eiusdemque adiutus bibliotheca. Quas ingenii opes vt augeres, nostrum quoque musarum domicilium adiisti ac humanas diuinæque scientias ita es amplexus, vt amplissimus sapientum Vitembergenfium ordo dignum te iudicaret, cui summos philosophiæ honores attribueret. Dignitatem hanc te, veluti iustum industriæ et virtutis præmium, accepisse, abunde comprobat commentatio hæc, cuius non solum argumentum; sed etiam explanatio ita ad te auctorem pertinet, vt nec in rebus; nec in verbis quidquam mutauerim; vel addiderim. Optimo igitur iure tibi de hoc feliciori studiorum cursu gratulor patriæque, quum et litteris; et rectis moribus operam dedisti nullumque in te officium probi ciuis academici desiderari, passus es, maximam de te auguror felicitatem. Seruet immortalis deus viresque tuas et animi et corporis auget. Vale. Ienæ, d. xxx. iun. anno christiano
c1o c1000 XLIX.

❀): (○): (❀

68802

ULB Halle

3


002 625 814



58

AB 68802





Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

DISSERTATIO
DE
RITIBVS BAPTISMALIBVS
SECVLI SECVNDI

QVAM
DIVINA FAVENTE GRATIA
PRAESIDE
IO. GEORGIO WALCHIO
THEOL. D. ET PROF. P. ORD. SERENISSIMORVM SAX. DVCVM
AC MARGGRAVII BRANDENBVRG. ONOLD. A CONSILIIIS
ECCLESIAST. ET CONSISTOR. CIVIVM IN HAC
ACADEM. MEINVNGENS. ET ONOLDIN.
INSPECTORE

PATRONO ATQVE PRAECEPTORE
OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO
SOLEMNI ERVDITORVM EXAMINI SISTIT

A V C T O R
M. IO. GODEFRIDVS ZENTGRAVIVS
ARGENTORATENSIS.

AD DIEM XXVIII. MAL. ANN. CHR. M DCC XLIX.

I E N A E
LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI.

23

